



Polyanthea Sacra

Ex Universæ Sacræ Scripturæ Utriusque Testamenti Figuris, Symbolis, Testimoniis, Nec Non E Selectis Patrum, Aliorumque Authorum, Sententiis, eruditis Interpretationibus, Similitudinibus, rarisque Historiis collecta, Et Copiosis, Exquisitisque Materiis Moralibus De Virtutibus Et Vitiis Pro ...

Spanner, Andreas

Augustae Vindelicorum, 1702

Titulus XLIII. Superiores.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79369)

TITULUS XLIII. SUPERIORES.

§. I.

Figura, Symbola.

Ex Veteri.

Quid per Noë. Gen. 8., qui Arcam in undis rexit, nisi Præpositorum ordo, designatur? S. Gregor. mor. l. 1. c. 6.

Facies & saga. Ex. 26. 7. Legitur quòd saga cilicina superposita fuerint tentorio pretioso, ex quatuor coloribus pretiosis facta. Neque enim, ut honorarentur saga, aut propter valorem suum, ita elevata sunt; sed ut protegerent tentorium; & sustinerent imbrem, & impetum ventorum. Sic Prælati non se reputent honoratos, quia in alto positi sunt; imò potiùs expositos ventis, & pluviis, & curis temporalium: ut aliis sit quies, & pax sub eis. Hugo Card. in Eccl. 10. Ut in interiori tabernaculo hyssus fulgeat, coccus coruscet; hyacinthus, & purpura; pulchris itidem coloribus resplendant: desuper pelles, & cilia, imbrem, ventos, & pulverem, portant. Qui igitur magnis virtutibus in S. Ecclesie sinu proficiunt, Præpositorum suorum vitia despiciere non debent; cum vacare eos rebus exterioribus vident: quia hoc, quòd ipsi securi intima penetrant, ex illorum adjumento est; quia contra procellas hujus sæculi exterius laborant. S. Rupertus l. 4. c. 11, in Ex.

Audite cæli, que loquor; audiat terra verba oris mei. Deut. 32. 1. Agellius hic: neque verè putandum est, illum cum cælo, ac terra, tanquam animâ, sensuque, præditis loqui; sed quia populi seniores, ac principes, convocârat; illos figuratè cælos appellat: terram contrâ, plebem, ac reliquum vulgus.

Sicut aquila provocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans. Eccl. Deut. 32. 11. Si aquila super pullos volitat, quomodo in humeris portat? O bonam regiminis formam! principis non impleret officium, si alâ sublimior non volaret, & fortior non sustineret. Glossa: pullos ad volandum provocat, & alis lassos sustentat. Naxera in Jos. 4. §. 12.

Pater mi; currus Israel, & auriga ejus. 4. Reg. 2. 12. Si Elias est currus Israel, qui aurigæ gaudet functione? Drogo Ost. de Sacr. Pass. currus Israel, & auriga ejus: portas, & regis; sustines, & gubernas. Castillo Illat. 75.

Facies mea intumuit à fletu. Job. 16. 17. Facies S. Ecclesie sunt hi, qui in locis regiminum positi apparent primi; ut ex eorum specie sit honor fidelis populi, etiamsi quid in corpore latet deforme. S. Gregor. mor. l. 13. 7.

Tria sunt, qua benè gradiuntur. Eccl. Prov. 30. 29. Princeps in Republica, Episcopus in diocesi, Abbas in Monasterio. Paterfamilias in domo sit leo, propter fortitudinem, & magnitudinem; ut contra feras, hæreticos, sceleratos, rugiat. Sit gallus per vigilantiam; ut

omnes ad laborem excitet. Sit artes per mansuetudinem, gravitatem, & modestiam; quâ subditis virtutis exemplò præcat. Sit rex per sapientiam; quâ justè, & sapienter, subditos regat. Cornelius hic.

Manum suam misit ad fortia. Eccl. Prov. 31. 19. In hoc Ecclesie sapientia manifestatur quæ tam bene cuncta disponit. *Manum suam,* id est, eos, qui fortiores sunt, & sapientiores, ad majora negotia mittit; talesque Rectores, & Episcopos, constituit. *Digiti verò susum apprehendunt:* quia illis minora negotia committit, qui imperfectiores sunt, minusque periti. S. Bruno de laudib. Eccl. t. 3. c. 5.

Oculi tui columbarum. Cant. 4. 1. Oculi sunt omnes illi, qui ad populum ducendum ordinati sunt. Quid enim inter membra nostra præstantius oculis? S. Gregor. Nyss. hom. 7. in Cant. Oculi sponsæ, id est, Ecclesie sunt Prælati. S. Bonaventura l. 1. Dom. 19. Pent.

Quasi aurora consurgens. Eccl. Cant. 6. 9. Religio in Novitiis est *quasi aurora consurgens;* in provectioribus subditis, *pulchra ut luna,* quæ à sole lumen recipit, & ipsi à Superioribus diriguntur. In prælati verò *electa ut Sol,* qui præest diei, & subditos regit. In omnium verò collectione, *terribilis ut castrorum acies ordinata.* Eccl. de Ponte hic Exh. 36. §. 2.

Cherubim quatuor habebat vultus, Ezech. 1. 6. Erat Pastoris imago; qui quadruplicem præferat: bovis, ad dignitatis onera sustinenda; aquilæ, ad negotia prævidenda, & sagaciter disponenda: hominis, ut dulcedine, & benignitate, peccatores ad poenitentiam allicit: faciem leonis, quoad castigationem errantium; ut luporum quoque, & hæreticorum, rabiem refrænet. Bessius D. 2. Pasch.

Ex Novo, Patribus, & aliis.

In circuitu, & intus, plena sunt oculis. Apoc. 4. 8. In circuitu, & aliis bonò exemplò lucerent, scilicet Pastores; & intus, quantum ad seipfos. S. Anselmus apud Sylveira hic.

Prælati sunt sicut sol; quantum ad documenta veritatis: luna; quantum ad exempla virtutis. Vel sol sapientie, luna scientie. Vel sol, in quantum judicat, luna, in quantum miseretur. S. Bonavent. l. 13. in hex.

Spiritualium domum ædificat, qui domus Dei curam habens, subditorum mentes, pro officio suo, doctrinæ verbò informat. S. Rupertus l. 1. c. 16. in Deut.

§. II.

Superiores Deus honorat, tuetur famam.

Ex Veteri.

Terra autem erat inanis, & vacua. Gen. 1. 2. Certè adhuc cælum sinè luce, sole, sideribus, caligabat: & cur non itèr dicitur, quòd

ia con-
nem,
quòd,
indùm
mmo-
a. i.
si non
gi gu-
olâ re,
Dei:
cum
72. 5.

ostis,
quòd
tatio-
isc. de

sunt:
es ab
s, cir-
aben-
quan-
lesia:
illis.
gelo-
agnæ
ctus.

Me-
o, ad-
ten-
ut in
4. in
tor;
3. de
num
& vi-
luit.
o no-
gna-
figi;
am,
etur.

omi-
cun-
culis
um.
tan-
orce-

mod
utas
qui
emi-
, ex
vo-
lia,
19.
ster.
Qui

quòd cœlum erat obsecrum, & deforme? Cœlum supra Mundi creaturas, sublime potentes adumbrat: at horum defectus nemo audeat pro-palare. Vulgentur defectus humilium; dicatur de terra, de vulgo, quòd sit inanis, & vacua; de cœlo tamen, de dynastis, cœlo caput tollentibus, defectum, quem omnes sciunt, taceant. Alvarez. Illustr. 215.

Audivit enim murmur vestrum. Ex. 16.

7. Nota: quàm grave sit murmur populi contra Magistratus: est enim contra Deum, qui eos constituit. Hinc Deus alia peccata Hebræorum in deserto ferè dissimulavit; murmur autem penè semper illicò punivit. Cornelius hic.

Educ eum, qui maledixit, extra castra;

& lapidet eum populus universus, juxta 70.

Levit. 24. 14. Sic respondit Deus, cum blasphémus ille in Deum; & maledicus in Moysen, apud hunc accusatus; & ille de ejus supplicio Deum consuleret. Isidorus Clarius: Deus, cui sui curæ sunt, magis voluit ulcisci injuriam Moysis, quàm propriam contumeliam. Ideo dixit: educ maledicum, & non dixit, educ blasphemum. Apud Mendoza in 1. Reg. 3. Annot. 2.

Aaronem, contra Deum peccantem ad aquas contradictionis, paulò post egressum ex Ægypto, Num. 20. 10. ferè divina ultio compressit, nimirum quadragintà post annis, paulò ante ingressum in terram promissionis. Num. 33. 38. Dathan verò, & Abiron, & reliquos, Prælati suis detrahentes, subita punitio coercuit. Num. 16. 32. Cur in illum tarda? in hos velox? quia ille in Deum; hi in suum Prælatum, rebellârunt. Mendoza in 1. Reg. 3. 9. Annot. 1. Sect. 1.

Mortuusque est ibi Moyses jubente Domino: & non cognovit homo sepulchrum ejus. Deut. 34. 5. 6. Hac de causa mortis ejus, & sepulchri, nemo conscius erat: quatenus illam faciem, quæ conforti sermonis Domini rutilaverat, mortis marore repressam nemo videret. S. August. l. 1. de mirab. Script. de Moysè.

Non te abjecerunt, sed me. 1. Reg. 8. 7. Disce hic, quòd, qui Prælatum spernit, Deum spernit. Cornelius hic.

Juxta omnia opera sua, que fecerunt à die sicut deliquerunt me; & servierunt diis alienis &c. ib. Unâ injuriâ Deus Superiori illatâ sic irritatus est; ut præterita scelera refricârit. Did. Niss. fer. 6. D. 5. Quadr. 5. 6.

Extendit Oza manum ad arcam Dei. 2. Reg. 6. 6. Per Arcam Prælati intelliguntur; per Ozam subditi: per inclinationem Arcæ casus intelliguntur Prælatorum; per illum, qui manum adhibuit, intelliguntur reprehendentes, vel accusantes, vitam Doctorem: qui à Domino percussis intereunt; scilicet cum id faciunt detrahendo; charitatis, ac reverentiæ, ordine non servatò. S. Bernardinus t. 1. l. 20. Artic. 3.

Percussit quoque Dominus parvulum, quem pepererat uxor Uriæ David. 2. Reg. 12. 15. Davidis etiam infamiam, ex adulterio contractam, Deus abolendam curavit: nam filium ex adulterio natum diutius vivere non permisit, etiam ad multas ejus preces; nè diutius vi-

veret adulterii memoria. Theodoretus q. 26. quamobrem infantem recens natum morti tradidit Deus? vivus erat fuerus argumentum sceleris, & iniquitatis. Pii ergo regis, qui erat etiam Propheta, curam gerens Dominus, non finit eum vivere. Mendoza in 1. Reg. 6. 8. Annot. 20. Sect. 2.

Ex Novo.

Qui seminat bonum semen, & Filius hominis &c. Matth. 13. 37. Theophylactus hic: non est interpretatus, qui sint dormientes homines; sed illos prætermisit. Cur autem Dominus, qui cæteras parabola partes sigillatim enucleavit, hoc unum præterit, quinam illi agrorum custodes constituti dormiant? Qui sunt agrorum custodes? August. Gregor. Beda, ajunt esse Superiores, & Prælatos: illos siluit; ut moneret nos, quòd cum in neglectus, & vitia, superiorum incidimus, ea silentiò tegere debeamus. Did. Niss. in Phœn. Græc. l. 7. c. 2.

Ecce nubes lucida obumbravit eos. Matth. 17. 5. Petrum, in monte Thabor sui non omnipotem; nescientem, quid diceret. Velò pulchrò casus, & inepria, Pontificis, à Deo occultantur. Fernandus in Gen. 3. 13.

Ecce Sathanas expetivit vos, ut cribra-ret, sicut triticum: ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua. Luc. 22. 31. Cur Dominus, non pro omnibus, sed specialiter pro Petro, suas preces applicare testatur? si inimicus contra omnes insurgebat; cur pro omnibus non oravit? Erat ille positus ut caput, & fundamentum; ut alios confirmaret, & instauraret, in fide; idèò Christus specialiter pro ipso orat: quia ex ejus constantia alii erant roborandi. Sylveira in Joan. 1. c. 6.

Cum fecisset quasi flagellum. Joan. 2. 15. In his templi mercatibus Sacerdotum crimina innuuntur: quæ ut puniat Dominus, non Discipulorum circumstantium uritur auxiliò; sed ipse solus flagellum arripit, & delinquentes plectit. Eucherius l. 2. in lib. Reg. quia Rectores habent judicem suum; magna cautela subditorum est, non temerè vitam judicare regentium. Neque enim frustra per semetipsum Dominus æs numulariorum effudit: nimirum significans, quia per Magistròs quidem judicatur vita plebium; sed per semetipsum facta examinat Magistròrum. Bæza t. 2. l. 11. c. 7. 5. 3.

Cum esset Pontifex anni illius. Joan. 11. 49. Superiores plurimùm semper honorandi: eò quòd sint imagines Dei, licet fortè rudi manu pictæ. Caipham, licet iniquum, Deus donò Prophetiæ honorare voluit. Dum videmus imaginem Christi, sufficit hoc, ut à nobis adoretur, licet imperitum habuerit pictorem: non enim figuram spectamus; sed eum, quem refert, veneramur. Did. Niss. fer. 6. D. 5. Quadr. 5. 6.

Dominus, qui tibi apparuit. Act. 9. 17. Cur non dicit Ananias: Dominus, qui te obcecavit? Oecumenius: ut improprium declinaret. Destinavit Deus Paulum Ecclesiæ Principem; ideo cum eo honorificè agi ordinat. Nam, quæ defectus notabant, occultat: honorificum

rificum autem, & illustre, nempe Filii Dei è cœlo descensum, in prima fronte ponit. Sylveira hic.

Angelo Ephesi Ecclesia scribe. Apoc. 2. 1. Cur Episcopus Ephesinus, & alii, Angeli vocantur? cum tamen ejus commendetur poenitentia, quæ peccatum supponit? R. Licet haberent aliquos defectus; tamen Angeli vocantur: quia etiam Præfules mali honorandi. Sylveira hic.

§. III.

Superiores quoque à nobis honorandi.

Puer autem erat minister in conspectu Domini ante faciem Heli Sacerdotis. 1. Reg. 2. 11. Mirum, Samuelem non reliquisse templum tot sacrilegiis pollutum: nec parentibus scripsisse, ut se domum revocarent. Perstitit immobilis. cur? audi: *puer autem etc.* Deum solum attendebat; & ab initio ministerii sui, in Heli non senectutem, non Judicis dignitatem, non servorum copiam; sed tantum respexit Sacerdotium. Et sanè sapienter; nam si vel probitatem in eo attenderet, citò eum sprevisset; quem in filiis coercendis desidem novit. Oliva 1. 10. Strom, §. Puer autem erat minister.

Duas vaccas setas jungite in plaustrum. 1. Reg. 6. 7. Non erubescat subditus vili, & improbo, subdi Prælato. Arca testamenti, humeris imposta Sacerdotum, victorias mille parturiebat, mille miracula parabat. Præcedebant populum Sacerdotes portantes arcam, cujus motum diligenter populum observabat: exclusit tandem Deus Sacerdotes, & elegit vaccas, quæ arcam portarent, & Israël salvum facerent. S. Chrysost. hom. 2. in ep. 2. Timoth. per vaccas in arca operatus est Deus; cum populum salvare vellet. Num Sacerdotis vita? num Sacerdotis virtus, tantum conferre potuisset? Ubi Dei sequeris nutum, & oraculum; nil cures de illius præstantia, qui præstat ducatum, sit pius, vel impius, sit sapiens, vel fatuus; sit homo, vel bos. Per bovem operabatur Deus salutem tuam: nec ullius hominis sapientia tibi conferet tantum, quantum bos, quantum fatuus. Bæza. 2. 1. 4. c. 3. §. 16.

Propitius sit mihi Dominus, ne faciam hanc rem. 1. Reg. 24. 7. Moralibus nos instruit disciplinis, ne Præpositos nobis, eos maxime, qui sacris Ordinibus insigniti sunt, quamvis nos justè persequentes, verbi austerioris ense fœdare; & vel ultimæ superflue actionis eorum, quasi simbriam, vituperando decerpere præsumamus. V. Beda. 1. 4. in Samuelem c. 3.

Nolite annuntiare in Geth, neque annuntietis in compitis Ascalonis; ne forte leventur filie Philistinum. 2. Reg. 1. 20. Lamentatur David mortem Saulis; sed multò magis, mortem ipsam, annuntiarî, queritur. *Nolite annuntiare etc.* ruinam principis sciri, evulgari, doleo. Cecidit unctus Domini! ah nemo id resciat: montes ipsi cum ossibus pariter ignominiam obruant principum. Fernandus in Gen. 3. 13.

S. Catharina Bononiensis, quoties murmurantem contra Superiores audivit; contradixit: *Polyanth. Sacra Tom. II.*

væ, iniquens, illi animæ, quæ non reverenter, ac piè, sentit de suis Prælati; non expectet à Deo ullam benedictionem. Bollandus 9 Martii.

§. IV.

Superiorum dignitas, grave onus.

Tolle Josue, filium Nun; virum, in quo est Spiritus. Num. 27. 18. Dixit Deus Moyse postulanti à Domino populo Præfectum. Cur usus hoc verbò *tolle*? & non *assume*? quia vocabulo tollendi aliquem, significatur, eum ad necem deduci. Gen. 22. 2. *tolle filium unigenitum.* *Tolle, tolle, crucifige eum.* Joaa. 19. 15. Sic Abulensis: *tolle Josue*: significat enim quandam deductionem, non voluntariam. Scilicet ad necem. Escobar t. 3. Coll. Chr. 1. 9. Sect. 2. Obl. 1.

Tues Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam. Matth. 16. 18. Edificii fundamenta totum molis pondus patiuntur. Naxera in Jos. 4. §. 12.

Dico enim vobis, quia Angeli eorum in cælis semper vident faciem Patris mei, qui in cælis est. Matth. 18. 10. Cur dixit Christus, quod custodes animarum Deum perpetuò sic ob oculos habeant, ut ab illi? intuitu nunquam deflectant? Respondet S. Gregor. mor. 1. 2. c. 14. si Conditoris aspectum exeuntes amitterent; nec jacentes erigerent, nec ignorantibus verà nuntiare possent; fontemque lucis, quem ipsi perderent, cæcis nullatenus propinarent. S. Angelus, ut unum hominem rectè custodiat, tantis auxiliis eget; & necesse habet. Deum semper intentis oculis intueri; atque in illo, quidquid circa hominem, sibi creditum, agere debeat, videre? quomodo homo, tot subiectus erroribus, tot expositus dolis, non timeat, ac tremat; qui tum imperio præesse debet non uni homini, ut Angelus; sed multis? Did. Niff. Dom. 2. Pasch. §. 1.

Hoc ipsum Rectoribus valde timendum est, quòd Dei servantur examini: quia tantò subtiliores rationes vitæ, ac doctrinæ suæ, parare debent; quantò sapientior est Judex, quem sustinent. S. Gregor. in 1. Reg. c. 3.

Nulla ars doceri præsumitur, nisi intentà prius meditatione discatur. Ab imperitis ergo Pastoribus pastorale magisterium in magna temeritate suscipitur; quoniam ars est artium regimem animarum. S. Gregor. lib. past. curæ p. 1. c. 1.

Vos Imperatores purpuram reverenter habete; quantum sit illud, quod creditum vobis est, agnoscite. Superna Dei solius sunt, inferna vobis cum Deo communia. Dii subditis vestris estote: dicam enim aliquid audacius: sacris est præscriptum literis, & à nobis creditur: *cor Regis in manu Domini esse.* Prov. 21. 1.

Hic vestra sita sit potentia; non in auro, & exercitiis. S. Gregor. Naz. Orat. 2. de seipso.

Haud quaquam idem existimabam; ac nunc quidem existimo: gregi, aut armento præesse, & hominum animas moderari. Idem orat. 2. 1. in qua rationem dat suæ fugæ.

ia con-
nem,
quòd,
indum
mmo-
a. i.
si non
gi gu-
blare,
Dei:
e cum
72. 5.

ostis,
quòd
tatio-
isc. de

Sunt:
es ab
s, cir-
aben-
quan-
lesia:
illis.
gelo-
agnæ
ctus.

Me-
o, ad-
ten-
ut in
4. in
tor;
3. de
num
& vi-
luit.
o no-
gna-
figi;
iam,
etur.

omi-
cun-
culis
um.
tan-
orce-

mod
utas
, qui
emi-
, ex
vo-
lia,
. 19.
ster.
Qui

Hominihus præesse, res est omnium maximè laboriosa: nam qui animalibus ratione expertibus imperant, ea omnibus in rebus reperiunt obedientiam; ideoque ferè semper illis prosperè cedit imperium. Qui verò homines gubernant, & regunt; propter morum diversitatem, rationisque solertiam; provinciam difficilem experiuntur. S. Nilus lib. Alcet.

Rex est homo, regens suos: si bene rexerit, accipiet coronam vitæ. S. Bonaventura l. 3. fer. 3. Pasch.

§. V.

Superior fulgeat sanctitate, virtutibus &c.

Ex Veteri.

Faciamus hominem ad imaginem, &c. & præsit &c. Gen. 1. 26. q. d. facturi hominem præfectione aliarum creaturarum, prius ad imaginem, & similitudinem, efformemus: ut, hac virtute, & sanctitate præditus, facile possit omnibus animantibus imperare, & leges ferre, ac in officio continere. Pinna Ethol. 232.

Quid est, quod tenes in manu tua &c. Ex. 4. 2. 4. Site Deus ad Prælaturam vocat, per causam accipe; finem considera. Finis officiorum, & dignitatum, est æcta ratio, quam Prælati debet exigere de animabus sibi commissis. Stella in Luc. 12.

Ecce constitui te Deum Pharaonis. Ex. 7. 1. Vide, quò nomine vocetur ille, quem Deus præficit; non Imperator, non Dux, sed *Deus*: quia nihil humanum sapere debet, qui aliis præest. Pinna ib.

Curvus Israel, & auriga ejus. 4. Reg. 2. 12. S. Gregor. hom. 21. in Ezech. 1. 2. Quid est, quòd Elias, curvus Israel, & auriga, dicitur? nisi quia auriga agit, curvus portat. *Politice*: curvus Israel, & auriga ejus, est princeps, qui sustinet, quasi curvus, onera Reip. & populi; ac dirigit, ut auriga, jugales. Hinc princeps Hebr. dicitur *nasu*, q. d. portitor, bajulus; qui populi onera levat. *Moraliter* significatur: quòd, si te totum divino imperio subdideris; facile à tuis subditis debita obsequia impetrabis. Currum appellat, simul & aurigam: Currum, qui regitur, & aurigam, qui regit. Ut ostenderet eum optimi principis munia explevisse; quòd non solum suos prudenter regeret, sed seipsum à Deo regi facile pateretur. Cornelius hic.

Gladus super brachium ejus. Zach. 1. 17. Super femur gladium gerunt, qui adversus propria vitia rationis aciem stringunt: super brachium verò, qui ad puniendam aliorum peccata sunt promptiores. S. Nilus lib. Alcet.

Ex Novo, Patribus, & aliis.

Non potest civitas abscondi supra montem posita. Matth. 5. 14. Merito comparantur Prælati civitati in monte posita. Primò, quia est in omnium conspectu, deinde, quia instrui debet omnibus virtutibus. Stella de cont. &c. p. 1. c. 25.

Obscuratus est sol. Luc. 23. 45. Christò Dominò adhuc vivente, sol obscuratus est: *hora erat ferè sexta. v. 44.* terra autem mota est post Christi mortem, horà 9. jam exactà. Matth. 27. 51. Serò terra commoveatur ad necem Domini; citò solem tristi velò tectum video. Salmeron t. 10. tr. 47. nobiliora citius vim Divinitatis, ac ejus radios, senserunt: tenentur enim, qui præstant genere, præstare pietate. Vel Sardanapalus Ethnicus officio principis se obstrictum vidit, ut præiret jejuniò, & ciliciò. Joan. 3. 6. S. Maximus hom. de Jona: necesse est enim; ut, qui potentior cunctis fuerat, devotior fieret. Velloso in Judith 3. Paran. 10.

Epistola nostra estis vos, scripta in cordibus nostris. 2. Cor. 3. 2. Cur eos vocat suam epistolam? Quia, sicut epistola ab aliquo scripta, si elegantiam, aut errores, contineat, auctori tribuuntur: sic si Corinthiis, quorum Præsul erat Paulus, quos verbò, & opere, regebat, in via virtutis proficiebant, aut ab illa aberrabant; Paulo hoc attribuebatur, veluti Authori epistola. Castillo Illar. 76.

Non debet temerè ducem se aliis divini luminis præstare is, qui non omni statu suo, & habitu, simillimus Deo evaserit, divinoque instinctu, ac judiciò, declaratus sit Rector atque moderator. Dion. Areop. l. de Eccl. hier. c. 3. parte. 3.

Prorsus arbitrò, præsentibus aliis fore necessarium, se interdum ab exteriorum fragoribus, elongare, orationique devotè instare; quatenus liberi ipsi in se, liberè utilitatibus inserviant proximorum: atque de limpidissimo, atque pacatissimo, interioris hominis fonte saluberrimam divinarum eloquiorum, ad se confluentibus, aquam valeant propinare, rectè consulere, agendaque judicare prudenter. S. Laur. Just. l. de inflit. & regim. Prælat. c. 6.

Decet in præfectura constitutos, majorem quidem, quam alii, laborem suscipere; submissius verò, quam subditi, se gerere; ac pro servi imagine, exemplòve, vitam suam aliis exhibere: dum illos reputant, depositum esse Dei, qui fidei suæ commissi sunt. S. Gregor. Niss. de scopo Christiani.

Omnis Christi actio est Prælatorum: & licet sit instructio omnium Christianorum; est tamen potissimum instructio Prælatorum, S. Thom. Aqu. in Cant. 2. Lect. 2.

§. VI.

Superior vincat suos sanctitate, virtute. &c.

Certè videtis, quem elegit Dominus, quoniam non sit similis illi in omni populo. 1. Reg. 10. 24. Eum, qui regendos alios suscipit, tantà decet gloria virtutis excellere; ut, instar solis, cæteros, veluti stellarum igniculos, in suo fulgore obscuret, S. Chrysost. hom. 10. in ep. 1. Tim.

Caput

Caput in tribus Israel factus es. 1. Reg. 15. 17. Sicut in corpore naturali caput, five facies, majorem ostendit naturalem decorem; diligentius etiam faciei maculas tergimus: ita caput in corpore mystico majorem ostendere debet decorem spiritualem; dicens illud Pl. 118. 133. *non dominetur mei, quo aliis dominari debeo, omnis iniustitia.* Broymard Domini, & Superiores.

Ante eas vadit. Joan. 10. 4. Hæc boni pastoris egregia nota est, ante oves ire, hoc est, omnibus virtute præcellere. Barradius t. 3. l. 2. c. 7.

Diligis me plus his? Joan. 21. 15. Quoniam erat à Christo super omnem Ecclesiam in capite constitutus, ubique tradita claves; debebat eum alios dilectione præire. Sim, Cass. l. 34. hic.

Habes pauca nomina in Sardis. Apoc. 3. 4. S. Bernardinus: pauci proponuntur Episcopo; ut exemplum eorum bene viveret. Sic & Richardus à S. Vict. cum mortuus fuerit per peccatum, dicitur ei, quod habeat aliquos in Ecclesia sua innocentes: eorum exemplum tu munda conscientiam tuam; nec patiaris te à subditis tuis Sanctitate vinci. Apud Sylveira hic.

Tantum debet actionem populi actio transcendere Præfulus; quantum distare solet à grege vita pastoris. S. Gregor. lib. past. curæ p. 2. c. 1. Qui gradu honoris excellit, merito virtutum æque transcendere alios debet. Petrus Cell. l. de pan. c. 20.

Debet cunctos præcellere excellentiâ, virtute, & claritate morum; qui omnes excellit dignitate; & quanto eminentior dignitate, tanto debet esse sublimior virtute super homines; & quodammodo plus quam homo debet esse, qui præest hominibus. S. Thom. Vill. Dom. 19. Pent.

§. VII.

Superior exemplum bono præluceat.

Ut custodias &c. Jos. 1. 7. Intelligit Legem generatim datam toti populo à Moysè in Sinai; dicit tamen speciatim, *quam præcepit tibi*: ut sciat Josue legem communem sibi, præcipuè ut duci impossibilem & commendatam à Deo; ut eam ipse primus servet, ac deinde ab aliis servandam curet. Cornelius hic.

Igitur Josue de nocte consurgens movit castra. Jos. 3. 1. Mirificam illis verbis proponi nobis Josue vigilantiam, dubium non est; atque ostendi; magis eum actuosâ, quam imperiosâ, sollicitudine populares in officio contrinuisse: neque minus exemplum, quam iussibus, Imperatorem egisse. Surrexit ergo ipse diluculo; ut nemini suorum excusationem ignaviae ullam faceret reliquam. Naxera hic §. 1.

Quod me facere videritis &c. Judic. 7. 17. Dicat Prælatus subditos præire exemplum; eoque magis docere, quam verbis. Ita fecit Christus Act. 1. 1. *capit Jesus facere, & docere.* Cornelius hic.

Currus Israel, & auriga ejus. 4. Reg. 2. 12. Auriga est, qui ducit, & viam ostendit; currus vero, qui supra se pondera suscipit; illa faciens, quæ aliis præficit faciendi. Diez Prælatus.

Polyanzh. Sacra. Tom. II.

Ecce dedi eum Ducem, & Præceptorem, gentibus. 11. 55. 4. Prius ducem futurum, ait; quia Dux præire solet, & primus omnium hostium incurtus excipere: deinde vocat Præceptorem. Idem in Circumc. D. conc. 3.

Annulus in manu dextera mea. Jerem. 22. 24. Prælatus debet esse annulus, alios sigillando exemplum suum. Ugo Carenf. hic.

Assumam te, Zorobabel, - dicit Dominus; & ponam te quasi sigillum; quia te elegi. Aggai 2. 24.

Et transfretavit ad illos prior. 1. Machab. 5. 43. Judas, videns suos timere transitum fluminis, ob hostium copiam; prior ipse flumen transmisit: ut reliqui eum quasi ducem suum generose sequerentur. Quare hac audaciâ hostes percussit, in fugam egit, cæcidit, contrivit. Cornelius hic.

Sequebatur eum multitudo magna. Joan. 6. 2. Christum præeuntem ad desertum, turbæ sequuntur imitatrices: exemplum enim verbis est efficacius. Difficile imperium, pelagus transire, in deserto constitui, tolerare famem. Præcurrat Præfulus; facilia reddet omnia. Escobar t. 1. Mir. Chr. l. 8. Sect. 1. obl. 2.

In omnibus te ipsum præbe exemplum bonorum operum. Tit. 2. 7. Qui te viderint, legant in operibus tuis, veluti in libro, quid agere debeant. S. Anselmus apud Escobar t. 3. Coll. Chr. l. 2. Sect. 1. Obl. 4.

Neque dominantes in clericis, sed formam facti gregis ex animo. 1. Petri 5. 3.

In Dei timore, populum, quemadmodum vivere possit, tui mores instituant. Operibus exerce, quod subjectos doces, & prædicas. Actus tui in aliorum correptionem proficiunt, in adjutorium sibi vitæ tuæ imitationem, assumant. Sicque te in cunctis operibus exhibe, ut scripturam, conscriptionemque, in te habeat, quicumque aut negligit, aut non potest, lectione formari. S. Gregor. l. 1. ep. Agnello Episcopo.

Lux gregis flamma est pastoris: decet enim pastorem, decet Dominicum Sacerdotem, moribus, & vitâ, clarescere: quatenus in eo, tanquam in vitæ suæ speculo, plebs commissa, & eligere, quod sequatur; & videre possit, quod corrigat. S. Gregorius l. 7. ep. 32.

Vide Exempla.

§. VIII.

Superior amet suos, æstimet, honoret. Ex Veteri.

Appellavit que Adam nominibus suis cuncta animantia. Gen. 2. 20. Primus homo, caput, & pater, omnium; animalia divinitus ad se adducta, excipere manu, ut par est credere, blandè palpate, nominibus propriis vocare, non dedignatur. Eruntque fortasse hodie complures, qui servos suos ita fastidiant; ut eos rectis oculis aspicere, aut etiam nomine compellere, indignum putent. Sed heus tu; si vel princeps, aut rex, in Mundo sis; sanè inferior multo es Patre tuo Adam: nec te de limo terræ manus Domini efformarunt; nec te Mundi totius dominum constituit; nec in paradiso te collocavit. Deinde, servi tui pecudes

Zzz z z

des

des non sunt; alijs natura, quàm tu: homines sunt, atque apud Deum, ut bene advertit S. Chrysol. hom. 35. ad pop. Antioch. omnium visibilibus nihil par homini. At, inquit, princeps sum; ille servus: ego de regibus natus, ille de mancipiis. Vox ea quidem profana est, non Christiana. Fernandus, hic.

Sumeque duos lapides onychinos, & sculpes in eis nomina filiorum Israel. Ex. 28. 9. Summus Sacerdos, jussu Dei, nomina filiorum Israel insculpta gemmis gestabat: ut æstimet subditos, tanquam lapides pretiosos. Oleaster hic: in lapidibus pretiosis adumbratum cerno; quam pretiosa debeant esse nomina ovium apud Antistitem. Nota etiam in his lapidibus sculpta fuisse non solum nomina filiorum Jacob ex uxoribus dominabus genitorum; sed etiam eorum nomina, qui ex ancillis sunt geniti: quia Præsul nobiles, & ignobiles æstimare debet. Castillo Illat. 76.

Portabitque Aaron nomina super pectus suum. Ex. 28. 29. Bene, & suo in loco, oves erant, scilicet in amoris sinu, in Pastoris affectu; quod Arnoldus Carnot. monet tr. de 7. Verb. hoc enim intimatur; ut, qui sunt in Recloratu, semper affici debuerint pro his, qui ad eorum curam pertinent.

Ex Novo, Patribus, & Aliis.

Epistola nostra vos estis, scripta in cordibus nostris. 2. Cor. 3. 2. In cordibus nostris: non quia Paulus plura habebat corda: nam licet unum cor diviti, aliud pauperi, videretur habere; tamen omnibus tribuebat suum cor. Secundò dicit; eos in corde se habere: ut declaret; quanti illos æstimet, & amet. Castillo Illat. 76.

Habentes singuli citharas. Apoc. 5. 8. Hi Seniores erant reges coronati, ut patet c. 4. v. 4. cur citharas? non lanceas, gladios? Gladius terribilis; cithara suavis animos allicit. Habeant reges potius citharas, quàm gladios: ut suos magis devinciant amore; quàm terrore compellant. Sylveira hic.

Pastores, & amatores, eisdem literis Hebraicè scribuntur, ut testatur S. Hieron. ep. 125. ad Damasum: pastores enim dicuntur Roghim: amatores verù Reghim: quia totum pastoris munus, sicut & amatoris, est. Ideo S. Petro non prius potestas in oves, agnosque, committitur, quam ab eo charitas exigatur. Joan. 21. 15. ruit enim potestas, quam charitas non sustentat. Mendoza in 1. Reg. 3. 6.

Vera dominatio est ipsa; quæ amore imperat, non timore; quæ per affectum sibi, & corpora subdit, & corda; quæ amando non inviram, sed voluntariam, sibi instruit servitutem. S. Chrysol. hom. 6. de myst. cenæ Dom.

Ubi DEUS Dominum mutavit in Patrem; voluit charitate magis, quàm potestate, regnare; & amari maluit, quàm timeri. S. Chrysol. 7.

Quem missurus es Rectorem Goani Collegii, omnino nè is sit, qui timeri se, quàm amari, malit: atque id agat; ut per severitatem, atque terrorem, socios sibi commissos, tanquam servos in potestate habeat. Istiusmodi enim acerbitas multis exitum, paucis adi-

tum, ad Societatem patefaceret. - Sanè, ut mihi videtur, Societas JESU, nihil aliud est, nisi Societas amoris, atque concordia; à qua profectò acerbitas, ac timor servilis, longissimè abhorret. S. Xaverius ep. 9. S. P. Ignatio.

Quidam Episcopus sumpsit sibi in muneris sui tesseram, five Symbolum, cor, in cujus medio ovicula dormiebat, cum hac epigrapha: *cubiculum gregis.* Doultreman lib. 5. cap. 2. Sect. 2.

§. IX.

Superior aequaliter amet, curet, puniat.

Figura, & Symbola.

Dentes ejus lacte candidiores. Gen. 49. 12. Jacob de Juda. Verba, ad quæ proferenda dentibus opus, in principe lacti comparantur: quia lac, non ut reliqui liquores, rerum imagines referunt, Pinna Ethol. 88.

Fuerunt autem filii Saul, Jonathas, & Jessui, & Melchisua. 1. Reg. 14. 49. Melchisua, juxta S. Gregorium, idem est, ac *Rex meus.* Rex meus dicitur Prælatum, non rex noster, illius, aut alterius: quia tam facilem, & affabilem, se præbere debet erga quemvis eorum, qui sibi parent; ut singulis dicere liceat, *rex meus.* Idem ibidem.

Tulit ergo Samuel cornu olei, & unxit eum (David) in medio fratrum ejus. 1. Reg. 16. 13. Quia, qui præest, medius debet esse; nec plus uni, quàm alteri, adherere. Id. ibid. S. Gregorius hic: in medio ungitur, ut se privatò amore non diligit; sed ex omni, quod præeminet, lucra aliorum querat. Unde & Saul solus in *extrema parte civitatis* unctus fuisse perhibetur. 1. Reg. 9. 27. & cap. seq. v. 1.

Quid est enim, quòd solus à solo ungitur? nisi, quia de culmine potestatis per amorem privatum debeat intumescere? - In medio fratrum David ungitur; ut tantæ unctiois fieri participes omnes possint; qui enim in medio ponitur, ab omni parte videtur. Sylveira in Joan. 11. 33.

Indica mihi ubi pascas in meridie. Cant. 1. 6. Cur justitiæ sol non expetitur à sponsa cubans in matutino, aut in occasu; sed *in meridie*? Vidisti solem, dum oritur, plenâ luce proximam orientalem plagam contemplet; dum occasus vix se adhuc à tenebris expedit. Sic de occidente. Princeps, ut sol justitiæ meridianus aequaliter cunctis subditis illucescat. Escobar t. 5. Proph. Chr. l. 5. Sect. 1. Obs. 3.

Collum tuum sicut monilia. Cant. 1. 9. Sicut collum est flexibile, & facile ad superna erigitur, vel ad infima deprimitur; & nunc ad dexteram, nunc ad sinistram, partem convertitur; quasi deserens oculos, & aures; ut cuncta videat, & audiat: Sic Prælati sicuti facile debent, prout necessitas, & occasio, subditorum exigat; magnos, & parvos, intuentes, & audientes; eorum necessitatibus se aptantes; contra superbos se erigentes, humilibus verò se demittentes &c. de Ponte hic in Cant. l. 3. Exh. 27.

Alind cecidit secus viam &c. Luc. 8. 5. Cælestis agricola in petram, in viam, in terram spinosam, & in terram bonam, beneficiorum grana misit; bonos, & malos, donis affecit. Escobar t. 6. Parab. Chr. lib. 8. Sect. 1. Obs. 3.

Vidit

Vidit Abraham à longè & Lazarum in sinu ejus. Luc. 16. 22. Omnes justi dicuntur recumbere in sinu Abrahæ: quia unus æquè cordi vicinus, ac alter. Pinna Ethol. 88.

In medio septem candelabrorum. Apoc. 1. 13. Rectores in Collegio, Patres in familia, se exhibeant omnibus indifferentes, & æquos; ad arcendam invidiam, & promerendam charitatem, ac concordiam. Cornelius hic. Christus D. cernitur in medio candelabrorum aureorum, hoc est, in medio Ecclesiarum: ut ostenderet, interprete S. Thomâ, se omnibus esse communem, à nemine recedere longius, ad neminem accedere propius; sed omnibus æqualiter adesse, & proficere. &c. Mendoza in 1. Reg. 1. Annot. 7. Sect. 1.

Testimonia.

Ex Novo.

Assumpsit duodecim Discipulos suos. Matth. 20. 17. Omnes advocatur Apostoli: nec Judas excluditur, quando Dominus se Ducem, ac Præsulem ostendit: quia princeps debet indifferentem erga omnes subditos benignitatem exhibere. Escobar t. 5. Proph. Chr. l. 5. Sect. 1. Obf. 3.

Stetit in medio. Joan. 20. 19. Qui est in medio, æqualiter ab extremis distat: quia divinus Magister docuit, regem suo regno, Prælaturam monasterio, ac Patrem domui suæ, pacem non posse dare, nisi sit in medio constitutus; nè sit personarum acceptor. Sit libra justa; non in aliam partem magis propendat, vel amore, vel odio. Diez. D. in Alb.

§. X.

Superior sit clemens, condescendat &c.

Ex cunctis animantibus universæ carnis vina induces in arcam. Gen. 6. 19. Noë vivens inter animantia solatio sit ad patientiam probis cum improbis degentibus; præsertim Prælati, qui sub eodem tecto, in eandem arcam familiæ religiose versantur cum subditis; in quibus adhuc sylvescit animalis homo, qui non sapit, quæ Dei sunt. Fernandus hic. Sect. 3.

Quomodo portaverim vos super alas aquilarum. Ex. 19. 4. Erudit Prælatos; ut non in unguibus, instar aliarum avium, subditos; sed super alas, ut aquila regia, portent. Castillo Illat. 75.

Ab humero, & sursum eminebat. 1. Reg. 9. 2. Per humerum intelligitur patientia; per sursum intelligitur charitas; quæ omni virtute excellentior est. In his duobus debet Prælatus super alios præeminere: scilicet in patientia, & charitate; ut bona sua aliis libenter communit. Hugo Card. hic.

Et stabat super duodecim boves. 3. Reg. 7. 25. Boves in templo pelvim sustinentes, significant eos, qui subeunt onus ejusmodi, nihil respicere, aut avertere, debere; sed & onera, & fordes, inferiorum perferre; quod sine periculo fieri potest. S. Nilus lib. Ascet.

Pater mi, currus Israel, & auriga ejus. 4. Reg. 2. 12. Abul. q. 19. Currus Israel vocatur, quia ad curtum pertinet, sustentare. Sic enim Elias

sustentavit Israël; supportando defectus eorum, & providendo eis in necessitatibus.

Isti sunt duo filii olei. Zach. 4. 14. Scilicet vel Zorobabel, & filius Josedeck, Jesus, ut sentit Lyranus; sive potius Henoch, & Elias, ut docet Hieron. Nam Prælati ex oleo, hoc est, ex misericordia, nati esse debent. Mendoza in 1. Reg. 1. Annot. 8. Addunt aliqui, *splendoris*; id est, splendidi. Filii olei, id est, uncti oleo, sunt Jesus filius Josedeck, qui unctus erat Pontifex; & Zorobabel, qui princeps populi. Chaldaus vertit: *isti sunt duo filii principum.* Cornelius hic.

Angelus autem Domini descendeat. Joan. 5. 4. *Descendebat*: quia, ut curentur, & adjuventur, inferiores; necesse est, ut superiores se inclinent, & condescendant. Sylveira hic.

Exempla, & Testimonia.

Ex Veteri.

Venite descendamus, & confundamus ibi linguam eorum. Gen. 11. 7. Ecce divina descensio ad impediendum; nè tantum procedat, quantum fuerat ante provisum. Providentiæ noscitur esse descensio; nè mala incepta progrediantur in amplius: misericordiæ descensio ista prænoscitur, nè malum initiatum ultra procedat: nè Judex aliquem inveniat, in quem puniendo deserviat. Sim. Cass. l. 4. c. 9. Ad liberandum à malo subiectos, oportet omnino descendere in aliquo culmine constitutos, exemplo Conditoris; qui omnes vult liberare, quos condidit. Id. ib.

Descendi, ut liberem eum de manibus Aegyptiorum. Ex. 3. 8. Humili dignatione descendat, in aliqua celsitudine constitutus, ad eos; qui à diabolo, & tenebroso Aegyptiorum populo, affliguntur, ad eripiendum eos de manibus eorum. Idem ibidem.

Josue scidit vestimenta sua, & pronus cecidit in terram, coram Arca Domini usque ad vesperam. Jos. 7. 6. Vel semel victos paucos milites luget, qui tot hostium triumphis clarus. Quid interest, desiderentur triginta, tot jam hostium copis cæsis? In suorum arumnis minus Imperator purpuratus fulgeret, quam nudus & aliquid de purpura splendore detrahendum fuit, quia aliquid de populi detrahebatur fortuna. Josue non timoris signa protulit, sed doloris: scidit vestes; nam integra manere nequibat Ducis gloria, quando integra non manebat populæ lætitia. Naxera hic §. 19.

Porro David desperabat, se posse evadere à facie Saul. 1. Reg. 23. 26. Non desperabat pro sua persona; sed quia timebat de morte suorum virorum, Lyranus. Similiter solves illud 1. Reg. 27. 1. *Aliquando incidam unâ die in manus Saul.* Sicut enim non minus suorum vitam, quam propriam, curabat; ita non minus suorum morte, quam suâ propriâ, tristabatur. Mendoza in 1. Reg. 1. Annot. 8.

Ex Novo.

Vos estis sal terra. Matth. 5. 13. Ut Sal minus suum obeat; necesse, ut non maneat integer in sua magnitudine; sed necesse est, ut conteratur, & liquefiat, ac in carne imbibatur; ita

ut ait Paulus: *omnibus omnia factus sum*. 1. Cor. 9. 22. Prælati, ut suum officium impleat, non debet esse totus integer in sua autoritate, & magnitudine; sed liquefiat, condescendat subditis; in eorum animis insinuetur, & imbibatur. Sylveira hic. q. 5.

Super hanc petram edificabo Ecclesiam meam. Matth. 16. 18. Petra insensibilis, & doloris expers est; si ve prematur aliò lapide, ferrò, vel igne; patienter sustinet. Inauguratur hic Petrus in Christo Caput Ecclesiæ: inde ei intimatur; induere debere naturam insensibilis petræ; ut eximiam patientiam sufferat multas contrarietates à subditis, adversariis, & æmulis. Sylveira Addit. in Matth. 16.

Patientiam habe in me. Matth. 18. 26. Cum alienos excessus aspiciamus, nostra, quibus in aliis excessimus, delicta cogitemus: considerata quippe fragilitas propria, mala nobis excusat aliena. Patienter namque illatam injuriam tolerat, qui piè meminit, quid fortasse adhuc habeat, in quo debeat ipse tolerari. S. Gregor. mor. l. 5. c. 30. Apud Escobar t. 6. Parab. Chr. l. 2. Sect. 1. Obl. 5.

Descendens cum illis. Luc. 6. 17. Docturus Dominus suos discipulos, cum ipsis ascendit in montem, & cum eis sedet. Matth. 5. 1. Hic autem, ut erudiat turbas, *descendens stetit in loco campestri*. Cur hoc? S. Bonaventura: perfectis discipulis fecerat sermonem in montis cacumine: illis verò, tanquam imperfectis, *condescens*, sermonem fecit in descendensu montis. Dominus ascendit ad montem; ad turbas verò descendit, & eas excipit in loco campestri. Optimus princeps; qui sibi reservat aspera; suis plana, & facilia. Sylveira hic. q. 4.

Quem constituit Dominus super familiam suam. Luc. 12. 42. Non super familiam Episcopi, super nepotes, consanguineos. Familia Christi sunt pauperes, pupilli, infirmi, &c. super hos constituitur Prælati. Stella hic.

Videns civitatem, flevit super eam. Luc. 19. 38. 41. Christus D. saepe Jerusalem est ingressus, nunquam tamen super eam flevit; nisi dum cum pompa, & palmis, exceptus, & Rex saluatus est: ut doceat; regibus, & Prælati, subditorum necessitates deplorandas esse. Diez. conc. 1. D. 9. Pent.

Confirma fratres tuos. Luc. 22. 32. Exurge, & bibe de fonte misericordiae; & aliquando conversus confirma fratres tuos; & in eadem mensura, quâ propinatum est tibi, remitte eis; & ad formam tuam, qui ceciderit, adjiciat, ut resurgat. Arnoldus Carnot. tr. de Verb. Chr.

Perrexit Jesus in montem Oliveti. Joan. 8. 1. Cælestis hominum Princeps aptè in vertice Oliveti frequenter commoratur: agnatum enim egregio principi, miseris subvenire. Sidon. Apoll. l. 6. ep. 12. ego illum præcipue puto suo vivere bono, qui vivit alieno: quique calamitatibus subditorum, indigentiamque miseratus, facit in terris opera cælorum. Escobar t. 2. Perfec. Chr. l. 4. Sect. 1. Obl. 1.

Jesus inclinans se deorsum. Joan. 8. 6. Inclinet se Sacerdos condescendendo infirmitatibus lapsorum, sicut & Christus *inclinans se*

digitò scribebat in terra. Petrus Cell. de panib. c. 20.

Lacrymatus est Jesus. Joan. 11. 35. Disce à Christo Domino teneram miserationem in aliorum miseris; ut eas sententias paternò affectu efficaci; quasi tuæ forent. Hæc dos primaria Præsidi; suos reputare dolores suorum subditorum: fleant illis lacrymantibus, sicut Christus, *ut vidit eam plorantem*, lacrymatus est. Oliva t. 3. conc. 19.

Consolamur pro vestra consolatione. 2. Cor. 1. 6. Prælati, ac Patribus familias, nihil magis curæ debet esse, quàm subditorum consolatio. Mendoza in 1. Reg. 1. Annot. 8.

Timotheo dilecto filio, gratia, misericordia, & pax. 1. Tim. 1. 2. Theophylactus: nunquam alibi in epistolarum primordiis misericordiam est comprecatus, nisi in hoc loco: ut ostendat; qui alios instruunt, clementiores ut sint, oportere. Rupertus: quia Timotheus, ut fertur, ferventior erat zeli; insignis autem Prælatorum est misericordia. Apud Fernandium in Gen. 2. 23.

Posuit dexteram suam super me. Apoc. 1. 17. Lyranus: quia sicut subditus debet Prælatum revereri, sic versà vicè Prælati debet subditum solari. Visò angelò, Christi personam gerente, cecidit Joannes ad pedes ejus; sed mox imponit ei dexteram cum solatio: *noli timere*. Sylveira hic.

Ex Patribus, & aliis.

Studeamus cor nostrum terrenorum pastorum imitatione succendere; qui hyemales nopes, imbribus, geluque, conficti, ducunt saepe pervigiles; nè vel una ovis, & non fortè utilis, pereat. S. Gregorius l. 2. ep. 33.

Si præceptores hujus sæculi non respuunt molestias infantium animarum; neque recusant cum pueris conversari, propter mercedem, quam ab hominibus expectant: quantò magis oportet perfectos propter Dominum tolerare imbecilles. S. Ephrem paran. 16.

Medicus, qui non fert infirmitates, curare nescit, & qui non fuerit cum infirmo infirmatus, infirmo non potest conferre sanitatem. S. Chrysol. l. 50.

Quos amamus, in ipsis profectò requiescimus. A quibus autem amamus, ipsis nos in nobis requiem paramus. S. Bernardus ep. 90.

Vide plura Lit. C. Correctio lenis. §. XI.

Superior præest, ut proficit, sit liberalis &c.
Num. 1.

Symbola.

Luminare majus, ut præset diei, & luminare minus, ut præset nocti. Gen. 1. 16. Princeps non solum sibi, sed etiam inferiorem lucem habet. Castillo Illat. 11. Sicut sol in medio planetarum, ut proficit, & illuminet; non ut præsit: sic si *Rectorem te posuerunt, noli extolli, sed esto in illis quasi unus ex illis*. Eccl. 32. 1. Cor in medio corporis, ut vitam membris omnibus influat. Broymard superioribus honores fugiendi.

Posuit

Posuit velamen super facie suam. Ex. 34. 33. Cur Moyses locuturus ad populum facie radiantem tegit? quia, cum esset princeps populi, de decori sibi vertendum putavit, lumine illò frui, quò subditi carebant. Castillo Illat. 11.

Nunquid possum deserere pinguedinem meam? Judic. 9. 9. Quod oliva, ficus, & vitis, unò ore respondent; non convenire sibi, ut deserant pinguedinem, & vinum suum, ut in reges promoveantur; significat, quòd personæ privatæ sibi, suæque perfectioni, & commodis, vacare possint: at publicæ, quæ aliis præfunt, ità publicis curis, & rebus, distineantur; ut sibi, suisque, vix vacare liceat. Rursum, reges, & principes, debere omnem suam pinguedinem, dulcedinem, & lætitiã, transfundere in subditos; & se quasi depauperare, ut eos ditent; si verè reges boni esse volunt. Cornelius hic. Reges, si bene regunt, non debent intendere suis, sed aliorum utilitatibus. Velloso in Judith 2. Paræn. 9.

Quasi stella matutina in medio nebule; & quasi luna plena in diebus suis lucet, & quasi sol resurgens. Eccl. 50. 6. Innocentius III. f. 2. de Assumpt. luna lucet in nocte, aurora diluculo, Sol in die. Meritò Antistes his comparatur: sol lucet die; & nocte deserit: luna è contra Præsul omnî tempore suis luceat doctrinâ, & exemplò; nunquam eos deserat. Sic sol ardens charitate erga suos; sit aurora, seu stella matutina; radiis suæ doctrinæ cunctos ad Christum duceat, ut stella magos. Sit etiam ut luna plena; quæ nocte, quando cuncta disparent, ac te deserunt, te comitatur, & illuminat. Sylveira in Apoc. 3. 9. 3.

Vos estis lux Mundi. Matth. 5. 14. Qualis hæc lux? an ex oleo? vel cera? non quia talis lux ad sui fulgorem consumit oleum, aut ceram. Lux autem Evangelica, sinè alicujus dispendiò, ad sui splendorem neminem minuit. Sed sicut solis lux, quæ se omnibus communicat. Sylveira in Apoc. 3. 9. 3.

Num. 2.

Testimonia, & Exempla,

Ex Veteri.

Tulit unam de costis ejus. Gen. 2. 21. Potuisset Deus formare mulierem, quin homo illius formationi costam ministraret; cur ergo ad eam ædificandam tulit costam de viro? quia vir futurus erat mulieris caput, rectorque; mulier autè, ut obediret. Ut ergo Deus ostenderet, Præfulem, & Principem; subditorum salutem, etiam propriò dispendiò, debere consulere, ex viri costam mulierem ædificavit. Castillo Illat 103. *Formavit Dominus Deus hominem de limo terre.* Gen. 2. 7. *Tulit unam de costis ejus &c.* Cur diversa conditorum materia? Eva in Adæ sociam efformata est; Adamus in totius creaturæ principem: ideo ab ipsa origine dignitatis leges educebat, & subditorum commodis vivere docebatur. S. Ambros. l. 3. offic. c. 3. considera, 6 homo, unde nomen sumpseris: ab humo utique, quæ nil cuiquam eripit, sed omnia largitur,

& diversos in unum omnium animalium fructus ministrat. Naxera in Jos. 1. §. 44.

Videntes filii Dei &c. Gen. 6. 2. Possunt filii Dei accipi filii potentum, uti vertit Symmachus, Chaldaeus, & Pagninus; *filii hominum* plebei. Cum enim Deus, teste Damascenò, à providendò, & providentiã, sit dielus; hinc Rectores, & Potentes, quorum est aliis providere, vocantur dii. Cornelius hic.

Putabam, nos ligare manipulos. Gen. 37. 7. *Vidi quasi solem &c.* ib. v. 9. Joseph sua magnæ dignitatis indicium prævidit. Sed quid planetis cum manipulis? Princeps, si fulget ut sol, ut suos illuminet; etiam providus sit, ut sui non fameant; sed pane, & alimentò, abundant. Sylveira in Aët. 4. 4.

Vidit Pharao somnium. Gen. 41. 1. quod designabat futuram sterilitatem, & abundantiam, Cur somniat de bono communi? quod de die egit, somniavit de nocte. Oleaster: reges debent sic publicis rebus invigilare, ut ex curis multis, quas in die habent, nocte somnient; quæ curanda sunt in Republica. Non enim solent homines somnare, nisi quæ animò sapius revolvunt. Unde signum evidens est, Pharaonem frequentissimè de providendis necessitatibus suorum cogitasse in vigilia, quod de eis nocte somniavit. Sylveira in Matth. 8. 24. q. 9.

Obedivi voci Domini Dei mei; & feci omnia, sicut præcepisti mihi. Deut. 26. 14. dixit Moyses atate confectus ad Dominum. At videamus, qualem pro tam fideli obsequio remunerationem poscat? *Respice de Sanctuario tuo, & de excelsu calorum habitaculo; & benedic populo tuo Israel, & terra, quam dedisti nobis.* Ille bona fecit, Deique sui præcepta implevit; & tamen præmium bonorum suorum operum, non tam sibi, quàm populo suo, à Domino postulat. Did. Niff. D. 2. Pasch. §. 4.

Diligenter agnosce vultum pecoris tui &c. Prov. 27. 23. Pro, tuosque greges considera, Sept. vertunt: *applicabis cor, tuum armentis tuis.* Aquila, & Theodotion, *pone cor tuum in armentis;* & quasi tota cordis tui intentio sit in armentis. Per cor accipe mentem, & voluntatem: mentem, ut intentè consideres, quid gregibus utile, & proficuum sit: voluntatem, ut illud eis singulari amore, & curâ, procures. Cornelius hic.

Ex Novo.

Et ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites; & dico huic, vade, &c. Matth. 8. 9. Diversa mandata eandem nacta sunt servulorum obedientiam: ille indicat, & illi properant. Quæ hujus obedientiæ tam prompta causa? Non ob stpendia, &c. sed quia bonus Centurio subjectorum commodis invigilabat. Naxera in Jos. 22. §. 4.

Supra familiam suam - ut det illis. Luc. 12. 42. Ecce quorsum Superior constituitur: non ut accipiat ab illis; sed ut det illis. Cajetanus hic.

Ex

Ex Patribus, & aliis.

Non vixit, nisi nobis, & pro nobis. S. Bernardus in obitu S. Humberti.

Ita præsidi, ut provideas, ut consulas, ut procures, ut serves. Præsidi, ut proficiat ut fidelis servus, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam. Ad quid? des illis escam in tempore, hoc est, ut dispenses, non imperes. S. Bernardus l. 3. de confid. ad Eugenium.

Non debet præsidi, qui non potest prodesse. Guarricus in dieb. Rogat.

Num. 3.

Exemplum Christi Domini.

Exuentes cum chlamydem coccineam &c. Matth. 27. 28. Christo crucifigendo auferuntur cætera regalia ornamenta; corona spinea manet: ut rex nunquam ponat curas (quarum Symbolum corona spinea) circa subditos. Sylveira in Matth. 8. 24.

Tu es Rex Judeorum? at ille respondens ait illi: tu dicis. Marci 15. 2. Satiatio populò Christus sprevit diadema. Joan. 6. 15. non apud Pilatum sui Sanguinis, & vitæ propriæ, dispensatio salutis hominum consulebat. Castillo Illat. 103.

Ecce Agnus. Joan. 1. 29. Cur Christus D. vocatur à Joanne Agnus, cum ab Il. 40. 11. vocetur Pastor? *re.* quia cum sit bonus Pastor, est verus ductor, princeps; & idè Agnus: nam ut Pastor regit, ac pascit oves; ut verus Agnus Paschalis eos carne suâ nutrit; & proprio sanguine ab omni peccato liberat. Sylveira hic. 9. 4.

Oves vocem ejus audiunt. Joan. 10. 3. Quæ tantæ promptitudinis causa? quia bonus Pastor. Luc. 15.

Oves certatim vocem Pastoris audire contendunt; quia sollicitam ejus de se curam clarè agnoscunt. Vide Tertull. l. de pœnit. c. 8. Naxera in Jos. 22. §. 4.

Num. 4.

Superior procuret suis bona corporalia, & spiritualia.

Cur præcepit vobis Deus, ut non comederetis de omni ligno paradisi? Gen. 3. 1. His verbis subdole serpens virus instillat, & ab amore Dei parentes avellere intendit, & odia seminat. Hoc ut faciat, Deum nimis severum feriam corporis alimoniam, aut parcè præbeat. Pinna Ethol. 123.

Facta est Judea Sanctificatio ejus &c. qui convertit petram in stagna aquarum. Pl. 113. 2. 8.

Quæsit lanam, & linum. Prov. 31. 13. S. Ambros. hic: lanificam, & lanificam, matronam hanc sanctus sermo describit. Quæritur modò à nobis; quid sit lana? quid sit linum? lanam, carnale quid puto; linum spirituale: nam interiora vestimenta sunt linea, exteriora lanæ. Sic Su-

perior in subditis spiritualia curet, & temporalia non negligat. Pinna citatus.

Da partem septem, nec non & octo. Ecclesiastæ 11. 2. S. Gregor. mor. l. 35. c. 7. ac si aperte diceretur; sic dispensa temporalia; ut appetere non obliviscaris æterna. Hinc est, quòd quindecim gradibus templum ascenditur. Ezech. 40. 26. 31 ut ex ipsa ejus ascensione discatur, quatenus per 7. & 8. temporalis dispensetur actio & provide mensura æterna requiratur. q. d. per septenarium intellige temporalia; per octonarium spiritualia, & cœlestia: nam Christi resurrectio octavo die facta est. Ergo, qui præsidi, da septem; nec non & octo. Idem ibidem.

§. XII.

Superior non querat se: suorum commodum suo præferat.

Ex Veteri.

Rogate Dominum Deum vestrum, ut auferat à me mortem istam. Ex. 10. 17. Vatablus: *ut auferat à me duntaxat mortem istam.* Orat Moysen, ut ab ipso mortem, non à subditis, depellat. O hominem throno indignum! qui subditorum clade propriam nititur procurare salutem; quando propriam morte debuisset subditorum pellere cladem. O quam aliter egit David! 2. Reg. 24. 17. *ego sum, qui peccavi &c.* O quam pauci Davidem imitantur! quam Pharaonem plures sequuntur! De alienis incommodis suam multi procudunt felicitatem: & aliorum præfectura est populorum lanæ. De his Ezech. 34. 2. *va Pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos.* Naxera in Jos. 19. §. 29.

Vade, descende; peccavit populus, quem eduxisti de terra Egypti. Exod. 32. 7. Mox addit v. 10. *dimitte me, ut irascatur furor meus contra eos, & deleam eos; faciamque te in gentem magnam.* q. d. non mihi precibus tuis constringas manus. Sine verò, ut sceleratos pro meritis mactem: quibus sublatis, non ideo absque hominibus eris, quos ducere possis: ego enim tibi, & plures, & meliores, submittam, quibus imperes. Audiebat hæc Sanctus Princeps; & nihilofecius orabat ad Dominum suum. Cur Dominus hac ratione illum à precando, & obnitendo, revocare voluit; quòd copiosioris principatus spem fecit, iniquis, *faciam te in gentem magnam?* Oleaster: Ducem suum summè tentare voluit: ut experiretur; an pro privato bono sineret commune perire? Did. Nissl. 2. Pasch. §. 4.

Aut dimitte ejus hanc noxam; aut, si non facis, dele me de libro tuo, quem scripsisti. Ex. 32. 31. 32. q. d. nulli privato commodo studeo: subditorum commodum mea causa est. Si delentur subditi, me necesse simul è vitali codice deleri: pereuntibus enim commodis subditorum, mea quoque commoda perierunt. Efcobar tom. 1. Mir. Chr. l. 6. Sect. 1.

Cum-

Cumque compleisset forte dividere terram. &c. Ios. 19. 49. Quare Josue, cum aliis terram dispartiret, sibi non tribuit aliquam portionem; sed urbem accepit à populo? Imitatus est in eo modeliam Domini: *discite enim* ait, à me &c. Matth. 11. Extremam itaque expertus est inopiam, ita ut nè domum quidem haberet: *Filius*, inquit, *hominis non habet, ubi caput reclinet.* Matth. 8. 20. Cum autem ejusdem nominis Josue typus esset ipseus, partem sibi non impertivit; sed eam, quæ oblata est, accepit: docens eos, qui in aliquo Magistratu sunt constituti, non suis commodis, sed utilitati subditorum, inservire debere. B. Theodoretus in Deuter. q. 17. c. 19.

Posuerunt me custodem in vineis; vineam meam non custodivi. Cant. 1. 5. Exponitur hoc in bono, in persona boni Prælati: qui non querit, quæ sua sunt; neque quod sibi utile; sed quod multis. Hugo Card. hic.

Ex Novo.

Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Matth. 6. 22. S. Gregor. Naz. ait: Prælatos esse oculos, quibus corpus politicum regitur. Sed cur oculis conferuntur? S. Basilius in hexam. quia oculi, cum cætera videant, se non vident. Sic Prælati sui nè memoriam quidem habeant; subditorum curam magnam. Did. Nisf. D. 4. Quadr. § 4.

Mittens duos de discipulis suis. Matth. 11. 2. Missus in carcerem, non de suo periculo sollicitus erat; sed de aliorum salute cogitabat, id est discipulorum suorum. S. Chryfost. apud Did. Nisf. D. 2. Adv. § 4.

Et rogaverunt illum pro ea. Luc. 4. 38. Expectavit Petrus, quousque Dominus prædicationem absolveret; cæterosque omnes, qui tunc ad eum confugerant, curâset. Et tunc demum, cum intrâisset, pro ipsâ jacenter rogavit. Si enim ab ipsis statim initiis, aliorum commoda suis ut postponeret, institutus erat. S. Chryfost. hom. 28. in Matth.

Simon Joannis, diligis me plus his? dicit ei; pasce agnos meos. Joan. 21. 15. Quid est aliud, si diligis me, pasce oves meas; quam si diceretur: si me diligis, non te pascere cogita, sed oves meas: sicut meas pasce, non sicut tuas: gloriam meam in eis quære, non tuam; dominium meum, non tuum; lucra mea, non tua. S. August. tr. 123. hic. Tertio dictum *pasce*; nec mulge, seu tonde, vel semel additum est. S. Bernardus f. de verb. Petri: ecce nos reliquimus omnia,

Tremefactus prociidit Paulo, & Sila, ad pedes. Act. 16. 29. Quarit S. Chryfost. hom. 8. in c. 4. Ephes. quid moverit custodem carceris, ut se tam subito ad pedes Pauli, & Silæ, dejecerit, & Dei servos illos arbitratus fuerit? & respondet: vidit, quodd non solum non effugerant, sed & prohibebant eum, nè seipsum occideret: nam si hoc proprii commodi gratiâ fecissent, intus certe non mansissent; sed primum seipfos exemissent.

Ex Patribus, & aliis.

Hic spiritualis omnis præfecturæ finis est, nisi *Polyanth. Sacra. Tom. II.*

mirum, privatâ utilitate neglectâ, commodis aliorum inservire. S. Gregor. Naz. Orat. 21.

Præes, & singulariter, ad quid? nunquid ut de subditis crescas? nequaquam; sed ut ipsi de te. Principem te constituerunt; sed sibi, S. Bernardus l. 4. de confid. ad Eugen.

Hi solum debent in Ecclesia tenere principatum, qui renuunt habere primatum: & hi sunt ab ejus regimine repellendi, potius verò non assumendi; qui propria emolumenta requirunt. Sim. Cass. l. 10. c. 4.

Nec enim, tanquam ad nundinas, & lucella, eundem est iis, qui sibi gubernacula committi volunt. Plutarchus in Politicis.

§. XIII.

Superior non-velit sibi bene, dum suis male.

Posuit velamen super faciem suam. Ex. 34. 33. Cur Moyses, locuturus ad populum, faciem radiantem tegit? Quia cum esset princeps populo, dedecori sibi vertendum putavit, lumine illò frui, quò subditi carebant. Castillo Illat. 1. 1.

Melius mihi est, ut incidam in manus Domini &c. 1. Paral. 21. 13. Ex tribus propositis pœnis pestem elegit David. Commune sibi cum populo voluit esse periculum: quia, si populus fame premeretur, regi non deesset alimonia: in bello facilis foret fuga. Sed à peste, nec purpura, nec diadema, defendit. Elegit ergo pestem; nè in tali periculo populum derelinquere videretur: imò pro ipso vitam obtulit. ib. v. 17. *ego peccavi &c.* Castillo Illat. 11.

Accipe puerum, & Matrem ejus, & fuge in Egyptum. Matth. 2. 13. Cur non potius in Persidem, ubi sunt Magi; qui eum reverenter adorabunt, & suscipient? Relinquebat Dominus pueros suos in Bethlehem à nefario tyranno trucidandos. Alienum ergo ab illo erat inter regales delicias vivere, dum sui in ultimo discrimine erant. Sylveira in Luc. 1. q. 16.

§. XIV.

Superior sit suis pater, & mater.

Ex Veteri, & Novo.

A Filiis Hemor. &c. Gen. 33. 19. Hemor erat Princeps Sichimorum: unde Sichimitæ vocantur ejus filii, id est, subditi: veri enim principes, suorum sunt patres. Sic servi Naaman, Dominum suum vocant Patrem, 4 Reg. 5. 13.

Pater mi! pater mi! currus Israel, & auriga ejus. 4. Reg. 2. 12. Bis eum vocat Patrem, dein currum. Prælati sit pietate pater, auriga gubernatione, currus ad vehenda onera subditorum. Diez. conc. 3. D. 2. Pasch.

Introduxit me Rex in cellaria sua: exultabimus, & letabimur in te, memores uberum tuorum. Cant. 1. 3. Quid Regi cum uberibus? si regem verum ostendere curat; quomodo possit ab uberum memoria abstinere? Verus rex est? ergo mater subditorum. Escobar t. 6. Parab. Chr. 19. Sect. 1. Obs. 1.

Omnes gemellis factibus. Cant. 4. 2. Ob fecunditatem. Et confultò non comparantur gregibus arietum, sed ovium: ut intelligant, non tam debere se esse Patres, quam Matres subditorum. de Ponte hic Exh. 4. §. 3.

Pater noster, qui es in caelis adveniat regnum tuum. Matth. 6. 9. 10. Si Rex est, cujus regnum ad nos advenire postulas; cur non potius Regem, quam Patrem, vocas? Quia, si Rex verus; debet se Patrem hominum exhibere. Escobar t. 6. Parab. Chr. l. 9. Sect. 1. Obs. 1.

Confiteor tibi Pater, Domine caeli. Matth. 11. 25. Prius Patrem, quam Dominum, vocat. Sic prius Pater, qui Dominus esse desiderat. Castillo Illat. 16. Idem habet Sylveira in Matth. 11.

Homo erat Paterfamilias, qui plantavit vineam. Matth. 21. 33. Si vinea Domini regnum est, juxta illud v. 43. *auferetur à vobis regnum Dei;* aptius dixisset: erat rex, qui plantavit vineam. Sed o quam aptè! homo erat Pater. Quia, si Rex est, nihil sic Regis optimi explicat proprietates; quam se Patrem gerere subditorum, Escobar antè citatus.

De Pauli cervice cum eam persecutor gladiò percussisset, dicitur fluxisse lactis magis unda, quam sanguinis. Quæ quidem res in S. Paulo stupenda non est. Quid enim mirum, si abundat lacte nutritor Ecclesiae? sicut ipse ait ad Corinthios: *lact vobis dedi potum, non escam.* S. Ambrosius serm. 68.

§. XV.

Superiores sunt ministri suorum.

At custos carceris tradidit eos Joseph, qui ministrabat eis. Gen. 40. 4. Pagninus legit: *præposuit princeps lanionum Joseph illis.* Quæ versio Oleastro non placet, dum ait: non enim bene coherent, ut præposuerit eum illis; & quòd ministraret eis; ut scilicet esset præpositus, & minister. Sed, bona cum venia mei Lusitani Oleastro, dico: optimè convenire, & præpositum simul esse, & ministrum; imò idem pene esse; constitui in præpositum, & in ministrum, servumque addici. A Spiritu S. vocatur Paulus, & eligitur, ut gentium omnium Doctor sit, & Pastor; & tamen sic ait 1. Cor. 9. 19. *cum liber essem ex omnibus, omnium servum me feci.* Idem de Episcopatu scribit Timotheo 2. 4. 5. *ministerium tuum imple.* Jure Summus Pontifex in diplomatibus subscribit: *servus servorum Dei.* Alvarez Ill. 128.

Sciens Jesus, quia omnia cepit lavare pedes. Joan. 13. 3. 5. Sciens, se omnibus hominibus esse præpositum, cepit subditis ministrare. Præfulum enim proprium est, servire subditis. Munus ergo Præfulatus servile est: qui non servit subditis, haud scit se Præpositum esse. Escobar t. 3. Colloq. Chr. Sect. 2. Obs. 2.

Si ego Dominus, ac Magister vester &c. Joan. 13. 14. Nullibi hæc nomina Christus assumpsit, quam dum servimunus obivit; dum Discipulorum pedes lavit: quò ostendit; Prælati nomen non mereri, qui subditis non inservit. Pinna Ethol. 94.

Si Christus te misit, æstimabis, te non ministrari, sed ministrare, venisse: & ministrare,

non solum substantiam, sed ipsam quoque animam. S. Bernardus ep. 237. ad Eugen.

Illi, qui sunt super alios constituti, tantum de illa prælatione gloriantur, quantum si essent in abluendis pedibus fratrum deputati. S. Franciscus Seraph, Exhort. ad omnes fratres.

§. XVI.

Superior sit tanquam unus ex subditis.

V Adam, & revertar ad fratres meos. Ex. 4. 18. Mira Moyfi moderatio: qui cum Deo egerat, *portans virgam Dei in manu sua,* v. 20 adhuc fratres vocat. Velloso in Judith 7. Paran. 39.

Aquo animò estote fratres. Judith. 7. 23. *Simile factum est regnum caelorum homini regi.* Matth. 22. 1. Regnum caelorum, seu S. Ecclesiae communitas, reges homines, seu Præfulos requirit humanos. *Homini regi:* qui se hominem, in cunctis subditorum fratrem, agnoscit. Escobar t. 6. Parab. Chr. l. 1. Obs. 2.

Ite, unitate fratris meis. Matth. 28. 10. O confusionem humanæ superbiæ! Jesus effectus immortalis; accepta omni potestate in caelo, & in terra; servos suos (eosque piscatores) quos olim humiliter vocarat amicos, modò appellat fratres. Et nos elevati ad superiorem gradum; quos prius habebamus fratres, dedignamur habere amicos. Cajetanus hic.

Et tu aliquando conversus confirma fratres tuos. Luc. 22. 32. Vide, quòd non subditos, sed fratres, vult haberi reliquos à Petro. Cajetanus hic.

Ecce Agnus. Joan. 1. 29. Cur hic Agnus & Il. 40. 11. Pastor? Christus D. ita est Dux, ac princeps noster; ut ipsa supremà dignitate non extollatur. Sed ita se gerit, ut Agnus, ac ut quivis ex minimis subditis suis. Sylveira hic. q. 4.

§. XVII.

*Superior non sit imperiosus, roget, suadeat.**Ex Veteri.*

F Aciamus hominem. Gen. 1. 26. Deus in creatione hominis non usus est imperandi verbò fiat, quò ad alia creanda usus; sed verbò suavi *faciamus:* quia in rationali propria, & rigorosa invenitur obedientia. Ut ergò Deus hominem ad suum obsequium liberum alliceret, non imperiali verbò fiat, sed suavi *faciamus,* produxit. Docens, cum ingenuis, & ratione præditis, non vi, aut imperiali voce, agendum, sed blandò, & suavi, alloquò. Castillo hic Illat. 16.

Ingredere tu te enim vidi justum coram me. Gen. 7. 1. Noe libenter se in Arca includi passus est, quasi in angusto carcere, inter bestias, & pecudes: quia Deus eum leniter, & honorificè, allocutus est. Castillo Illat. 16.

Si inveni gratiam in conspectu tuo &c. Gen. 47. 29. Jacob obedientem Joseph rogat, ut se in terra promissa sepeliat. Prælatus prudens, eum subditos obedientes reperit, ab imperiis abstinet; solis precibus impellit. Mendoza in 1. Reg. 3. 15.

Si placet vobis, & à Domino Deo nostro egreditur sermo, quem loquor; mittamus ad fratres nostros. 3. Paral. 13. 2. ait David ad omnem populum Israël. Carthusianus: ecce, quam humiliter loquitur subditis: non pertinaciter jubet, nec per se Absolutè determinat; sed sub conditione loquens, inferiorum iudicio verba sui committit propositi.

Misit Moysen servum suum &c. Psal. 104. 26. Ideo ad Pharaonem, quasi quosdam testes, constat à Domino destinatos, ut populum sibi placitum abire permitteret illarum. O inestimabilis pietas omnipotentis! ab homine fragili petebat fieri, cuius ordinationi à nulla creatura poterat obviari: ut revera nos infirmos doceat; quâ moderatione vivere debeamus quando voluntates suas Creator Sanctus sub tanta clementia peregrisse legitur. Cassiodorus hic.

Cum magna reverentia disponis nos. Sap. 12. 18. Cui debetur reverentia nisi superiori? sic tamen Deus se gerit erga homines, quasi metuat eos offendere. Marchantius D. 4. Pent.

Et audivi vocem Domini dicentis, quem mittam? Il. 68. Nota humilitatem Dei, Principibus, Prælati, & cuiusvis superiori bene regere volenti, necessariam. Poterat Deus imperare Isaiæ: ecce jam te consecravi prophetam; adsum, & adero, tibi: quare mitto te ad Judæos; vade. Sed noluit eum ad rem tam arduam, suò præcepto cogere. Unde eum invitat; proponens ei solum suum desiderium: quod Isaias statim amplectitur, seque ultro offert. Cornelius hic.

Ex Novo.

Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros. Matth. 5. 44. Non dicit, ut alias, mando vobis: quia nutus, & insinuat, superioris efficacius obligat subditum, quam mandatum: nam ipsa suavitas proponendi fortius eorum attrahit voluntatem; quam dura iubenti verba. Sylveira Addit. in Matth. 5.

Habens sub me milites. Matth. 8. 9. Quò loco illos habet? *Dico huic vado, & vadit.* Non inquit jubeo severò vultu; sed moneo civiliter. Et unde ei tanta comitas? *Nam & ego homo sum.* Sylveira Addit. hic.

Si quis vult me sequi, abneget semetipsum. Marci 8. 34. Non dicit, et si vos non volueritis, ego nihilominus pati vos volo; sed, *si quis vult*, quasi dicat: ad bona, & honesta, provo-co; non ad mala, & odiosa: nec quemquam huc compello; sed amicè tantum invito. Hæc autem dicens magis attrahit: qui enim vim affert, decorum non servat: qui autem auditori libertatem facit, validius allicit. Delinitio enim, & obsequium, quavis violentiâ fortiora sunt. Victor Antioch. hic.

Rogavit eum à terra reducere pusillum. Luc. 5. 3. Poterat Christus imperare Petro; *rogavit*: quia non tyrannicò imperiò ad suam nos redigat servitutem; sed quia salutis nostræ amantissimus, quibusdam velut precibus inducit, rogat; dum nos eum rogare deberemus. Marchantiu. D. 4. Pent. Ex hoc hoc ostenditur *rogantib. Sacra, Tom. II.*

xima Christi dignatio, mansuetudo, & pietas; quòd Petrum, pro tam parva re, modeste, humiliterque, rogavit; cui præcipere habuit: docens Prælatos; ut proniores sint ad monendum, quam ad præcipiendum proclives; magisque capiant diligi, quam timeri. Dion. Carthus. hic. Sicut qui vim affert, plerumque avertit; sic qui liberos audientes constituit, multò magis attrahit. S. Chrysostomus hom. 56. in Matth.

Multum fiduciam habens in Christo Jesu imperandi tibi, quod ad rem pertinet; propter charitatem magis obsecro. Philem. v. 8. 9.

§. XVIII.

Superior sit suavis, lenis, non rigidus.

Num. 1.

Figure, & Symbola.

Solve calcamentum de pedibus tuis. Ex. 3. 5. Cur non potius mandat denudare caput? Informabat Deus principem in optima methodo gubernandi. Capitis operimentum fit ex lana ovium; quæ tendendo, absque ulla oppressione, defumitur: calcamenta verò ex animalibus vi multâ excoriando detrahuntur. Bonus gubernator à subditis exquirat, quæ levî, ac suavi, tonsione haberi possunt; ea verò, quæ excoriando fiunt, procul à se abiciat. Sylveira in Act. 7. 33.

Loquimini ad petram. Num. 20. 8. Moyses autem bis virgâ percussit silicem. v. 11. *Dixitque Dominus: quia non credidistis mihi &c.* v. 12. Quid diliquerunt, ut sic reprehendantur? Doctores Hebraei dicunt; peccatum eorum fuisse, quòd petra non sunt locuti, sicut eis præceperat Dominus: cumque sufficeret, eos loqui ad petram, ut aquas produceret; Moyses geminò ictu percussit: ideoque Deus queritur: quia illum coram populo non sanctificârunt. Mirabilis enim esset, petram solis verbis, quam virgâ ictu, aquas producere; sicque Deus magis à populo glorificaretur. Voluit Dominus hic docere; cum Præsides mitibus verbis damna, mala, culpæque, emendare possint; nè virgâ, & asperis reprehensionibus, utantur. Diez. conc. 2. in Comm. Doctor. Ad implendum miraculum inde fecit currere humidos liquores, ubi erat sicca durities. Cassiodorus l. 4. var. ep. 3. Nota: *Ad implendum miraculum.* E quo capite illud mirum? ex eo, quòd lapis flagellatus virgâ aquas emitteret. Non enim solet subditus ad obsequium adduci, cum Præful rigide extorquet, quod suavitate verborum efficeret. Efcobar tr. 3. Colloqu. Chr. l. 2. Sect. 1. Obs. 1.

Concrescat ut pluvia doctrina mea &c. Deut. 32. 2. Aqua, quæ leniter fluit, terram penetrat, & in ejus venas insinuat se, magno cum terræ emolumento. At, si magno cum tumultu feratur, statim præterlabitur, vix superficie madefactâ. Sic correctio, si ad instar aquæ lenis fit, cor audientis penetrat. Octavianus in Eccli 11. 7.

Aaa a a 2

Da

Da mihi filium tuum: tulitque eum (Elias) de sinu ejus, & portavit in cœnaculum. 3. Reg. 17. 19. Ex sinu matris mortuus in cœnaculum adducitur. Profectò & matris sinus, & cœnaculum, & Prophetæ actiones, amoris sunt documenta. Efcobar t. 3. Coll. Chr. 1. 8. Sect. 1. Obs. 4.

Tolle baculum meum. 4. Reg. 4. 29. 31. &c. Elifæus misit baculum per manum Giezi servum suum, ad resuscitandum filium Sunamitidis; famulus autem resuscitare non potuit, donec ipse Propheta se eò contulit, & se cum puero mensus est; ponens os suum cum ore ejus, manus cum manibus; & sic resuscitavit. Dum Prælati erga delinquentem baculo utitur, rigore iustitiæ non resuscitat; imò facit contumaciorum. Quid remediū? metiatur se, & dicat intrā se: si ego occasiones peccandi, quas iste habuit, haberem, forsā illò essem deterior. Sic, metiens fragilitatem cum fragilitate, rigorem temperabit, & corriget. Eccl. 31. 18. *intellige, quæ sunt proximi tui, ex teipso.* Diez Prælati.

Meliora sunt uberata vinò. Cant. 1. 1. Si vinò meliora; cur, dimissò lacte, subditos purò lactis vinò? non quidem vinò, quod cor eorum lætificet, sed quod bilem accendat, & iram excitet? Vos Patres, ait Paulus Eph. 6. 4. *volite ad iracundiam provocare filios vestros &c.* Disciplina necessaria fiat tum amore, provocante solatium, & emendationem. Ità subditi dicent: *exultabimus, & letabimur in te, memores uberum tuorum super vinum.* de Ponte hic Exh. 19.

Aqua Siloe, quæ vadunt cum silentio. Is. 8. 6. Symbolum sunt regni Davidis, ob ejus pietatem, Cornelius hierogl. hic.

Egredietur virga de radice Jesse, & flos de radice ejus ascendet. Is. 11. 1. aliter loquitur de virga, & de flore: virga solum egredietur, non ascendet. Augusta est virga severitas, & humilis, & quasi repens; florida autem beneficentia sublimis est; & ingentes sibi comparat ascensus. Bæzat. 2. l. 8. c. 3. §. 40.

Stabunt super illas piscatores. Ezech. 47. 10. Nota: Apostoli vocantur Piscatores potius, quàm Venatores: quia ipsi non violentis cædibus, sed dulcibus sermonibus, & moribus, suaviter traxerunt homines ad Christum; ac sensim eos in retia Ecclesiæ compulerunt; ut vivos caperent ad meliorem vitam. Cornelius hic.

Unge caput tuum. Matth. 6. 17. Capita ungebantur: & Prælati assimilantur Capiti. In quo significatur; quòd Prælati debeant esse pii, oleò misericordiæ uncti. Geminiani c. 60.

Si quem fortè non, ut poscebat, audivi; si quem tristius, quàm opus erat, aspexi, &c. me fateor debitorem. Nam pullos, quos fovet, sape in angustiis, sed non totò pedis pondere, calcat & mater; non ideo desinit esse mater. S. August. l. 50. homiliar. l. 24. in Anni versario Episcopalis Ordinis.

Sicut corpus non potest esse perfectum, nisi duo brachia habeat. ità qui præest, non potest rectè gubernare; nisi & faveat probis, & im-

probos coërceat. Et sicut dexterò plus brachio utimur, quàm sinistrò; sic gloriosius est, virtutibus fovere, quàm vitiis punire. Diez Poestas.

Ut, qui vasa vitrea contaminata mundare volunt, non debent duriter applicare manus; nè, dum volunt sordes abstergere, vasa frangant: sic Præsules, qui volunt subditos corrigere, niti decet, ut id efficiant moderatè, nè illos perdant. Diez Prælati.

Num. 2.

Testimonia, & motiva.

Ex Veteri.

Factus est Esau vir gnarus venandi. Jacob autem vir simplex habitabat in tabernaculis. Gen. 25. 27. Jacob pascebat oves, Esau feras venabat, Sed Jacob benedicitur à patre. Gen. 27. 28. 29. An non aptior ad regnum, qui arcu, & sagittâ utitur; quàm qui gramine oves trahit? S. Ambros. l. de Jacob l. 2. c. 2. vicit mansuetudo duritiem, dum alter venatu asperò prædam quærit agrestem; hic tenera mansuetudinis, atque pietatis pio patri dulces epulas ministravit. Sylveira in Apoc. 5. 7.

Nesti quòd frater meus homo pilosus sit, & ego lenis. Gen. 27. 11. Habet Superior cum Jacob in puniendo manus lenes, non pilosas cum Esau. Bessius D. 2. Pasch.

Moses pascebat oves Jethro &c. Ex. 3. 1. Per quadraginta annos, quibus in Madian vixit, fuit pastor ovium; totidem deinde annis pastor, & Dux, populi. Est enim pastoralis ars, inquit Philo, præludium ad regnum, hoc est, ad regimen hominum, gregis mansuetissimi. Quadraginta annis vixit in aula Moyses, quadraginta annis dux populi in deserto. Quares: quid his quadraginta annis, dum pascebat, egerit Moyses? respondet Philo eum, pascendo oves, didicisse pascere, & regere, populum. Oves pascit, ut qui ad pastorem principatum prius erudiretur. Ei enim, qui mansuetissimo hominum gregi est præfuturus, est præexercitatione ovium pascendarum scientia. Clem. Alex. l. 1. Strom.

Obsecro, ut fiat in me duplex spiritus tuus. 4. Reg. 2. 9. Respondit Elias: *rem difficilem postulasti.* q. d. si spiritus mei rigor duplex in te fiat, quis poterit ferre? Theodoretus: dixit hoc, non invidens gratiam discipulo; sed curam gerens aliorum hominum. Si enim esset simplici Eliæ Spiritu tot calamitatibus afflictata fuit terra; quid fieret, si duplicaretur in Elifæo? Alvarez Illustr. 278.

Lingua placabilis lignum vite; quæ autem immoderata est, conteret spiritum. Prov. 15. 4. Quidquid in hac vitali arbore foliorum est; medicinam promittit, & sanitatem: quidquid in homine miti verborum est; virtutis stimulus est. *Si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales, hujusmodi instruite in spiritu lenitatis.* Gal. 6. 1. Drexelius Orb. Phaet. c. 42. §. 1. Nihil adeò efficax ad correctionem multorum reperit, quemadmodum est lenitas. Gerson tr. de parvulis ad Christum trahendis.

Ex

Ex Novo.

Baptizatus autem Iesus confestim ascendit de aqua; & ecce aperti sunt ei caeli &c. Matth. 3. 16. Cur ad praesentiam Arcae testamenti aquae Jordanis fugiunt? non verò ad tantum Christi baptizati? S. Chrysol. l. 160. quid est, quòd Jordanis, qui fugit ad praesentiam Legis Arcae, ad totius Trinitatis praesentiam non refugit? quia pietati obsequitur; incipit non esse timori. Hic Trinitas exercet gratiam totam, totam sibi loquitur charitatem: ibi elementa corripit, ut servulos instituat ad timorem. q. d. coram Legali Arca, ubi lex, quae rigidas poenas hominibus imponebat, inclusa, aquae fugerunt: at coram Christo baptizato, quando tota Trinitas charitatem loquitur, undae Jordanis maximè inter se coadunantur: nam quos severitas terret & dissecat; benignitas trahit, & unit. Sylveira.

Resplenduit facies ejus sicut sol; vestimenta autem ejus facta sunt alba sicut nix. Matth. 17. 2. Sed cur non eodem fulgore irradiant vestimenta, & vultus? Apoc. 12. 1. Mulier illa apparet amicta sole. Sol minutissima videt, & valde recondita penetrat; at verò nix cooperit. In illo monte Christus agebat personam principis, & Doctoris: ipsum audite. qui cuncta quidem debet videre; aliqua tamen ut nix cooperire, & dissimulare. Sylveira c. 33. in Marci 6. q. 15.

Moses, & Elias, cum eo loquentes. Matth. 17. 3. Cur prius ponitur Moses, quam Elias? Potior sit Rectoribus mansuetudo, quam rigor. Sylveira hic q. 15.

Quoties volui congregare filios tuos &c. Matth. 23. 37. Hac gallinae comparatione docet divinus Magister; quam suaves, mansueti, & benigni. Praelati esse debeant erga subditos; ut gallina erga pullos. Diez conc. 2. de S. Steph.

Surgens increpavit ventum, & tempestatem aquae; & cessavit, & facta est tranquillitas. Luc. 8. 24. S. Basilus Seleuc. or. 22. verbò minaci mare continet Deus; & modicà voce ingens elementum frænabatur. Modica erat vox, mitis, blanda; quâ frænabatur elementum. Escobar tr. 6. Par. Chr. l. 2. Sect. 1. Obf. 1.

Nihil tuleritis in via; neque virgam. Luc. 9. 3. Virgam aufert, nè metum inferant. S. Ambros. l. 7 in Luc. eos emisit ad seminandam viam; qui non cogent, sed docerent. Sed nonne Marci 6. 8. praescriptum à Christo est, nè quid tollerent in via, nisi virgam tantum. An contrarius sibi Dominus? solvit nodum Rupertus l. 8. in Matth. ad mentem S. Ambrosii: virgam regnum negat, virgam pastorum concedit. Velloso in Judith 2. 4.

Ducentorum denariorum panes non sufficiunt &c. Joan. 6. 7. Discipulis objicientibus difficultatem, non habemus, nisi quinque panes. Et quid hæc inter tantos? Et tamen eos Dominos non arguit, ut Matth. 8. 26. modice fidei. Quia Praelatus non debet semper argue-

re, & oburgare; sed quædam quandoque dissimulent. Sylveira hic. q. 15.

Principium, qui & loquor vobis. Joan. 8. 25. Cum Christus sit principium, seu Princeps omnium, loqui comiter, & suaviter, subditis, vel impiis, non dedignatur. Escobar t. 3. Proph. Chr. l. 4. Sect. 2. Obf. 1.

Ego sum lux mundi. Joan. 8. 12. Velle lucere, ut ardeas, & uras; non est lucere ad morem Dei, qui non lucet, ut ustulet; sed ardet, ut luceat. *Ego sum lux Mundi.* Cur non dicit? ego sum sol Mundi. Imò nunquam Evangelista illum solem vocat, sed semper lucem: & sic semper ille, tum seipsum, tum Discipulos suos, vocat. Cur lux, non sol, amat vocari? R. Sol duo habet; illuminat, & urit: quod lucet, blandum est, & gratum; quod adurit, asperum. Docuit Praesides; ut se Patres, non Dominos, exhibeant. Sic Christus, quantum in illo est, semper sibi à sole mutuatur, non ardorem, sed splendorem; non quod rigidum, sed blandum; non quod amarum, sed dulce. Matth. 28. 18. *data est mihi omnis potestas in caelo, & in terra.* Docete ergo omnes gentes. Nam, si docere, est lumen ministrare; si baptizare, est gratiam conferre; talibus rebus vult occupari vestram potestatem; ut sitis soles, qui lucem præbeant, non adurant. Potestas Christi semper in suave, nunquam in rigidum. Did. Niss. fer. 6. D. 4. Quadr. §. 2.

Ecce venit leo de tribu Juda. Apoc. 5. 5. Semel tantum in Apocalypsi vocatur Christus leo; sed in eadem unò, & triginta, vicibus vocatur agnus: quia longè plura signa humanitatis, quam severitatis exhibet; magis de mansuetudine agni, quam de fortitudine leonis, gloriatur. Mendoza in 1. Reg. 12. Annot. 10. Sect. 2.

Ex Patribus, & aliis.

Sic in fratrem tuum inquirito, ut qui & ipse iisdem modis, judicandus sis. Propterea celesiter nè abscideris, neve membrum aliquod rejeceris; cum incertum sit, anne per hoc etiam pars sana lædatur. Sed admoneto, oburgato, hortato. Habes medendi normam: mitis illius, humanique, Christi discipulus; qui nostras imbecillitates tulit. Etiam si primò repugnet; tolerans esto: idem, si secundò faciat; nè desperaveris; adhuc sanandi tempus est. Quin etiam si tertio; humanus esto agricola: Dominum adhuc obsecrato, nè vel excindat, vel oderit, sterilem, & in utilem, ficum: sed ut redeat, eamque curet circumjectò simò; quæ est manifestæ turpitudinis, & ignominiosæ vitæ, facta per confessionem correctio. Quis scit, an immutetur, fructumque ferat, ac Jesu Bethaniâ redeuntem pascat. S. Gregor. Naz. orat. 7.

Oburgationi semper aliquid blandi admisce: facilius enim penetrant verba, quæ mollè vadunt viâ, quam asperâ. S. Martinus Bracar. Ep. in Maximis de moribus.

Religionis Major, si dubitet probabiliter de periculo personæ quærentis auxilium; agit securius, condescendendo interim ipsius fragilitati, quam timore relaxationis in ordine cum securitate neget auxilium. Poterit itaque facilius fieri provilio circa rigorem ordinis servandum in eo postmodum, & circa alios; quam repararetur ad sanitatem, aut vitam, talis ægrotus, si lapsus est. Consonat pium dictum: melius est de nimia pietate, quam de nimia severitate, redargui. Gerson. Opusc. de Religionis perfectione Considerat. 15.

Rudolphus I. distabat: severum, & imitem, fuisse me, aliquando poenituit; lenem, & placabilem nunquam.

§. XIX.

Superior audiat benignè opposita.

Quis sum ego, ut vadam ad Pharaonem? Ex. 3. 11. Quinque objectiones, & replica; à Moyse Deo oppositæ in uno colloquio; & benignè omnes acceptæ. Putatis Deum ad justam iram provocatum, Moyse opponente tam multa, nè mandata impleat? Forsan è rubo disparuit? forsan ipsas flammæ in rubo ardentes, in repugnantis labra contorsit? forsan dimissum ad ovile privatum duxit honoratissima legatione? *Iratus quidem Dominus in Moysen.* Ex. 4. 14. ira tamen ejus eò desit, ut voluntati repugnantis accederet: *Aaron frater tuus &c.* Quis unquam, vel per somnium, cogitasset tantam patientiam in audiendis objectionibus repetitis? nisi Deus suò quasi digito scripsisset. In eo tamen, quod præcipiebat Moyse, nullò prorsus modo errare, aut decipi potuit: quanto magis ergo convenit, ut nos audeamus decretis nostris contradicentes; cum, ut homines, obnoxii simus infinitis erroribus. Oliva t. 3. conc. 13.

Etiam Domine: nam & catelli edunt de micis. Matth. 15. 27. Origenes hom. 7. in Evang. ô mulier violenta! Dominus dicit, non licet; & illa respondit: *etiam Domine*; potes, si velis. Canem me vocas. canis sum; sed non recedam à te. Non quero panem filiorum; da mihi micas, quas catuli manducant. Ad tantam audaciam adeò se Christus D. non commovit; ut sceminae oppositionem admiserit, ejusque precibus subscriperit. Id. ibidem.

Quomodo fiet istud? Luc. 1. 34. Nullus unquam Legatus in orbe visus est, aut dotibus clarior, aut, missus à majori principe, aut acturus de negotiis gravioris momenti; quam Archangelus Gabriel, unus ex primis Assessoribus divinitatis. Nec unquam inter mortales vixit, aut vivet, mulier sanctior, quam Maria Virgo, Regina Angelorum. Nihilominus anima tam considerata, tam modesta, verecunda, discutit legationem divinam; & coelesti legato non statim assentitur; imò contra objicit: *quomodo fiet istud?* Miror magis, tam illustrem Dei Patris nuntium tolerare, & admittere, hujus Puellæ ob-

jectionem. Attamen minimè turbatus dubium admittit, & ambigenti planè satisfecit; *Spiritus S. superveniet in te.* Hinc infero: non solos arrogantes, aut temerarios, opponere se aliquando viris magnis, allatis rationibus; cum Virgo prudentissima, & silentii amantissima, difficultates proponit divino nuntio. *Secundò*, virorum esse sublimium, benignè audire eum, qui à se stabilita refutat; cum Angelus tam sublimis intelligentiæ auscultat humaniter, quæ oblectat Virgo; nec increpat. Oliva t. 3. conc. 13.

§. XX.

Superior sit suavis, & severus.

Num. 1.

*Figura, & Symbola.**Ex Veteri.*

NUnquam Deus severior apparuit Mundo, quam in diluvio; quod fuit in verè: ut terræ fructus omnes testarentur summi Judicis mansuetudinem, & beneficentiam. Ità notavit S. Ambrosius l. de Noe c. 14.

Non antea cataractas cœli severus peccatorum ulior aperuit; quam gratiarum fontes præmitteret: quæ justissimum testarentur Judicem; qui, post mansuetudinem exhibitam, post multam misericordiam, reorum pertinaciam castigat. Bæza t. 1. l. 1. c. 2. §. 4.

Cumque tuleris de sanguine, qui est super altare, & de oleo unctiois; adsparges Aaron, & vestes ejus &c. Ex. 29. 21. Unguntur oleo, & sanguine; ut scirent olei misericordiam cum rigore sanguinis temperare. Oleaster hinc.

Invenit germinasse virgam Aaron, & turgentibus gemmis eruperant flores. Num. 17. 8. Moderatoris virga sit instar Aaronicæ virgæ; quæ flores, fructusque, produxit. Sic suavis, fructu plena, & amore. Barradius t. 1. l. 10. c. 19.

Benedictio illius, qui apparuit in rubo, veniat super caput Joseph. Deut. 33. 16. Non alia benedictio, non alius mos, decet principem, quam benedictio illius, qui apparuit in rubo. Hujus indolem imbibant, quicumque homines regunt. Ignis in rubo judicem inter spinosos peccatores agebat. Ex. 3. 2. Ignis rubo adhæret, & rubus viret correptus igne: judex inter reos agit, & adhuc non cadit reus ullus. Quæ rei causa? S. August. q. 42. vet. test. lex statim vindicare non venerat; sed prius ostendere; ideo ignis rubum non combussit. Bæza t. 1. l. 1. c. 2. §. 4. Nihil est, quod æquè in admirationem rapiat viros etiam magnificè educatos; ac ubi inspeclant ignem, principem elementorum considerare in rubo, nè unâ quidem spinâ ambustâ. Lucebat ille, non urebat. Ità ad Præsidium documentum, igni Moy-saico splendor permittitur, incendium perit. Quam

bis; dein largitas septem stellarum, seu donorum gratiæ; & tandem rigor pœnæ in correptione subditorum. Sylveira in Apoc. 1. q. 66.

Similis erat aspectus lapidis jaspidis, & sardinis. Apoc. 4. 3. Viegas, Pererius: jaspide virente significatur Dei misericordia; sardo rubente justitia. His optimè gubernatio omnis fulcitur. Sylveira hîc.

Et alium Angelum fortem amictum nube, & iris in capite ejus. Apoc. 10. 1. Nubes tempestates generat; iris indicium clementiæ, & serenitatis. Pinna Eth. 126.

Ex Patribus, & aliis.

In columba, & igne, Spiritus S. ostenditur: quia, quicumque illò pleni sunt, sic mansuetudini simplicitatis inferiunt; ut contra culpas delinquentium etiam zelò rectitudinis accendantur. S. Gregor. moral. l. 1. c. 2.

Rosa cum spinis. Lemma: *Cum lenitate asperitas.* Picinelli.

Num. 2.

Testimonia, & exempla.

Ex Veteri.

FUIT Deus Pater Hebræi populi. Ex. 4. 22. *filius meus primogenitus Israel.* Leges condit Ex. 20. 3. sed nihil hîc pœnarum contra peccantes. Levit. 20. 8. autem urget: *custodite præcepta mea.* Audit filius sapius: *morte moriatur.* Nihil in Exodo, aut parum, minarum; multum in Levitico. S. Cyrillus Alex. l. 1. 1. in Levit. primum provocaris ut filius: quòd si, ut filius obediens esse non vis; contemptor plesteris ut servus. Velloso in Judith. 5. Paran. 3.

Moses locutus est omnia verba Cantici hujus in auribus populi. Deut. 32. 44. *Quærit S. Chrylost. in l. 1. Cur Canticum hoc vocet, canatque, Moyses? cum potius sit acris populi objurgatio? Respondet: sapienter id eum facere: ut cantu leniat asperitatem objurgationis.* Cornelius hîc.

Fili mi, da gloriam Domino Deo Israel, & confitere. Jos. 7. 19. Achan auri reum, anathemate pollutum, blandis verbis alloquitur Josue. Blanda reprehensio culpæ medicatur. Naxera hîc. S. Josue, vir discretus, & non turbulentus; sed piè, ac mitè, primò alloquitur reum: nè ex dura allocutione perterritus, aut exacerbatus, non acquiescat veram dare responsonem. Dion. Cath. hîc.

Diffusa est gratia in labiis tuis. Pl. 44. 3. Post egregiam formam decoris, post gratiam diffusam in labiis, imperatur à Patre; ut accingatur gladiò suæ fortitudinis, ad ultionem inimicorum. S. Paschasius hîc.

Ex Novo.

Vade Sathana. Matth. 4. 10. &c. Ad duas primas tentationes Dominus leniter dæmoni respondet: tandem, cum de ejus patientia diaboli augetur malitia, asperis verbis à se abegit. Bis patiens, semel rigidus, Naxera in Jos. 19. §. 20.

Beati, qui esuriunt, & sitiunt, justitiam. Matth. 6. 6. mox sequitur: *Beati misericordes.* Nè Zelus immoderator in vitium feratur, sequitur misericordia, quâ temperetur. Guaricus de omn. SS.

Homini Regi. Matth. 22. 2. Homo primum, dein Rex vocatur Deus. Homo humanitatem, & mansuetudinem, significat; Rex potestatem, & majestatem. Prius ergo clementiæ, quàm rigoris, nomen sibi indit: ut principes doceat; austeros esse posse, cum res non ferunt aliud; clementes verò, & misericordes, usque dum non possint amplius. Did. Niff. D. 19. Pent. §. 2.

Amice, quomodo huc intrasti? Matth. 22. 12. Adulcissimo incipit rex ille verbo convivam illum amicum vocans. Joan. Cluniac. tomo 5. f. 57. *Quid verò illud mel verborum secutum? ligatis manibus &c.* Did. Niff. l. 2. Phœn. Græ. c. 10.

Qui intingit mecum. Matth. 26. 23. In his pensandum est; quàm modestè, ordinatè, & piè; quàm demum terribiliter, Christus admonuit Judam. Primò enim dicebat: *unus vestrum me traditurus.* Secundò, *qui intingit mecum,* & pœnam adjecit: *ut homini illi!* Dion. Carthuf hîc.

Gratias ago Deo meo semper &c. 1. Cor. 1. 4. Nisi enim verecunda mentes fuerint palpando reprehensæ; ita ut ex aliis rebus audiant, quod in consolationem fumant; per increpationem protinus ad desperationem cadunt. S. Gregor. hom. 11. in Ezech. 3.

Quid vultis in virga veniam, ad vos? 1. Cor. 4. 21. Ut scias, mitem esse Doctorem; eorum ipsorum, quos arguit, consulti voluntatem. S. Ambros. l. 7. in Luc. 10.

Laudo autem vos fratres &c. 1. Cor. 11. 2. Est hæc præmunitio ad admonitionem: quia enim mox sequenti versu carpere incipit Corinthiorum abusus; hinc correptionem suam promerere præmittit: ut quasi pillulam saccharò oblitam facilius capiant, & hauriant. Cornelius hîc.

Argue, obsecra, increpa. 2. Tim. 4. 2. Quam pretiosâ necluntur fibulâ ferri increpationum annuli: *argue, obsecra, increpa.* Verum, quod medium inter hæc regnare vult Paulus, non se jungatur. *Argue;* sed *obsecra.* Condiatur reprehensionis fel obsecrationum melle: *Oliva l. 12. Strom. §. Argue &c.*

Sed habeo adversum te. Apoc. 2. 4. Superius præmisit laudem, hîc subjungit increpationem. In qua evidenter edocemur; ut, si quem nostris verbis edocere volumus, prius, si quæ habet bona, ei commemorare debemus: nè, si eum primum per increpationem exasperemus, non ad recuperandum bonum amissum erigamus; sed in barathrum desperationis præcipitemus. Richardus à S. Vict. l. 1. c. 5. hîc.

Non est exasperandus proximus, si in aliquod peccatum sit lapsus; sed est à tristitia relevandus, & cum dulcedine corrigendus. Quis tu? qui justitiam in factò pratendis, & sub pallio zeli crudelitatem abscondis? non est justitia, quam non comitatur clementia. Quare non attendis, Christi clementiam, quam ostendit cum muliere in adulterio deprehensâ &c. Joan. 8. 6. S. Bonaventura l. 7.

Non

Non est admonitio accepta in oculis Altissimi, quæ non fit ex charitatis intimo, & in spiritu lenitatis. Blesensis ep. 24.

§. XXI.

Superior non sit sibi lenis, aliis rigidus.

Ex Veteri.

Faciamus hominem ut præsit piscibus maris &c. Gen. 1. 26. Cibos deim apponit Deus: *dedi vobis omnem herbam &c.* v. 29. In hac mensa Adam est, & leo subditus. Consulto Deus homini, & brutis, communem mensam apponit: nè putet princeps, se delicatis alendum, domesticis miserè cibatis. Velloso in Judith 6. Patren. 21.

Nigra sum, sed formosa, filia Jerusalem; sicut tabernaculum Cedar, sicut pelles Salomonis. Cant. 1. 4. Cur non dicit, se formosam, ut Salomonem; sed ut pelles Salomonis? quia ille, quod filius ejus Roboam confessus, sibi blandus, & molliculus; subditis durus. 3. Reg. 12. 11. *Pater meus posuit super vos jugum grave, pater meus cecidit vos flagellis.* Et quid discipulo Salomon dicit? *magnificavi opera mea; edificavi mihi domos &c.* Mihi, mihi, mea voluptati, & commoda. Dicit ergo sponsa, se formosam, non ut Salomonem, qui sibi blandulus, subditis austerus: sed sicut pelles Salomonis; quæ fodabantur, ventis, pluvia, pulveri expositæ; ut illas, & munda fervarent, quæcunque operiebant. Hæc deformitas pulchritudo sponsæ erat: nihil enim plus ornatur Superiorem, quam cum se asperitatibus, & jejuniis, deformat; ut subditis commoda afferat: cum sibi leones sunt, subditis agni. Did. Niss. fer. 3. D. 2. Quadr. §. 5.

Ponam eam in possessionem ericii. Is. 14. 23. q. d. reges, & dominos eorum, futuros similes ericiorum. Ericius obarmatus sentibus; quibus non se compungit, sed alios; sibi partem pellis interioris lenem, mollemque, usurpat. Id. ibidem. S. Gregorius per hoc animal intelligit homines, aliis truculentos; cum sibi omnia sua, velint. Ericius enim, cum ad ipsam accesserit, carnem, quæ mollis est, in seipso recondit; aculeos tamen, & spinas, tibi soli ostendit. Sic invenies homines sibi molles, aliis asperos. Diez. Mansuetudo.

Fecit sibi metumbraculum ibi &c. Jon. 4. 5. Tam delicatus, ut umbraculo destructo, mirè doleat; sed Ninivitis immitis. S. Basilii or. 12. Dei nomine: ô propheta! adversus peccatores immisericors es; quos sui poenitet, eorum te non miseret? sententiam non mutas? nunquid flosculi deplorabis exitum? & tot hominum myriadas poenæ dedam? Naxera in Jos. 1. §. 25.

Ex Novo.

Alligant onera gravia &c. Matth. 23. 4. Malus Prælati, qui sibi blandus, cæteris durus. Did. Niss. antè citatus.

Descendens stetit in loco campestri. Luc. 6. 17. Dominus ascendit in montem; ad turbas verò descendit, & eos excipit in loco campestri. Optimus Princeps; qui sibi reservat aspera, suis plana, & facilia. Sylveira hic q. 4.

Polyantib. Sacra Tom. II.

Ego sum vitis, vos palmites. Joan. 15. 5. Insinuat; ut, si boni præfules esse velint, vitem imitentur, quod ille faciebat Vitis planta est omnium cæterarum maximè rudis, & informis; sed germina quàm formosa, & elegantia! Itaque se omni decore exiit; ut, quidquid ornamenti habere poterat, palmitibus suis cedat. Did. Niss. fer. 3. D. 2. Quadr. §. 5.

Dum comedit, suo pater, alieno ventri esse vitricus perhibetur. B. Petrus Dam. opusc. 1. de fuga dign. Eccl. c. 2. de pseudo prælide.

§. XXII.

Superior facilem det suis accessum.

Thronus ejus sicut Sol. Ps. 88. 38. Ideo solum collatum folium, quod omnibus patere debeat; nec difficilis esse aditus ad Imperantes; quin intrare prohibitos invitet, & ad se trahat. Oliva l. 12. Strom. §. Thronus ejus &c.

Decies milies centena milia assistebant ei. Dan. 7. 10. Stant Angeli ad januam, ut introducant, non repellant? ut suggerant, non ut terreat. Hoc amat janua Salvatoris, ut pulsatoribus semper abundet, opportunis, importunis. Propterea ipse Dominus videns januam suam à petitorum voce, & à pulsantium clamore, silere; invitat omnes, omnibus paratus tribuere pietatem: *petite, & dabitur; pulsate, & aperietur.* Luc. 11. 9. Nulla est pompa in janua; ego sum janua. S. August. l. 171. de temp.

Nudaverunt tectum. Marci 2. 4. Permittit Christus ut per tectum paralyticus ad se descendat: quò doceat, nullum debere esse impedimentum, quod accessum salutis, vel subditi, ad principem prohibeat. Sylveira in Matth. 9.

Descendens cum illis stetit in loco campestri. Luc. 6. 17. Plano, & communi, ut omnes possent accedere ad audiendam sapientiam ejus. S. Bonaventura. *Sapientia foris prædicat.* Prov. 1. 20.

Proprias oves vocat nominatim. Joan. 10. 3. Ecce tibi boni Prælati notionem, imò obligationem. Scilicet, quod non ipse primò audiat ovium balatus, & gemitus, vocantium pastorem; sed ipse primò audiatur, & primò vocet ad se singulas oves, singularumque dispiciat necessitates, & voces illarum diligentia suâ præveniat. Bæza t. 3. l. 15. c. 6. §. 5.

Ego sum, quem queritis. Act. 10. 21. Discant Rectores non se recondere à subditis. Sylveira hic.

§. XXIII.

Superior visitet suos; sit præsens, vigilans, attendat.

Num. 1.

Figure, & Symbola.

Vade, & vide, si cuncta prospera sint erga fratres tuos, & pecora; & renuntia mihi, quid agatur. Gen. 37. 14. Hebr: *vide pacem fratrum tuorum.* Oleaster hic: tenentur parentes explorare filiorum gesta; quemadmodum & Superiores subditorum opera; rectè sint, an perversa? ut malè gesta possint in eis arguere; præcipuè pacem; sine quâ corpus Reipublicæ non potest consistere.

Bbb bb

Possit

Posuisti tenebras, & facta est nox; in ipsa pertransibunt omnes bestiae sylvae. Pl. 103. 20. Tenebrae in belluis augent feritatem, & rapiendi audaciam; ut sub velamento noctis oves invadant: sed ortu sole receptui canunt. Princeps incessanter illuminet aulam, pastor caulam; ferae antris egredi non audebunt. Arcones in Il. 5. Disc. 5.

Non sum medicus; nolite constituere me principem populi. Il. 3. 7. Quid connexionis inter medicum, & principem? sicut medicus omnium domos adit, lectis affidet, morbis invigilat; ita &c. Mendoza in 1. Reg. 1. Annot. 4. Sect. 1.

Septem circumdedit ei. Matth. 21. 33. Primum patrisfamilias studium, vineam septo circumdare, ad honorem custodiendae, non ad suspicionis vituperium. Nec enim indicium suspecti animi in Praefule, subditum custodire; sed aestimationis: quod enim magni habetur, solet custodiri. Quercus, fructibus suis immunda animalia pascens, sine septo excrevit in Sylva: at vitis dulcium botrorum mater arcto custoditur in septo. Gen. 2. 15. tulit Dominus Deus hominem, & posuit eum in paradiso voluptatis, ut custodiret illum. S. August. l. 8. in Gen. c. 10. ut Deus custodiret hominem. Job 9. 7. qui stellas claudit quasi sub signaculo. Elc. 6. 16. Par. Chr. l. 9. Sect. 1. Obs. 4.

Cum fortis armatus custodit atrium suum. Luc. 11. 21. Omnia in tuto fore Christus D. asserit. Si tamen non bracteatus interstret atrio, sed loriceatus; nec balneo, aut triclinio, aut adium recessibus, se contineat; sed in foribus prostet, nulli custodiam subdeleget, nullum non observet subeuntem. Ipse praesit atrio tuo. Oliva D. 3. Quadr.

Ut veniente Petro saltim umbra illius obumbraret quemquam illorum. Act. 5. 15. Petri umbra docet, Praelatos debere residere; ut, praesentes subditis suis, eos curent, obumbrent, regant, & regant. Cornelius hic.

In medio sedis, & in circuitu sedis, quatuor animalia. Apoc. 4. 6. Qui poterant in medio simul esse, & in circuitu? Quatuor animalium nomine Doctores, & Curatores animarum, intelliguntur; qui tam praesb. adsunt omnibus, ac in medio, & in circuitu; intus, & foris, ubique, semper, in salute animarum excubant. Mendoza in 1. Reg. 1. Annot. 4. Sect. 1.

In medio seniorum agnum stantem, tanquam occisum, habentem cornua septem, & oculos septem: qui sunt septem spiritus Dei, missi in omnem terram. Apoc. 4. 6. Agnus Superioris emblema, ferè occisus, totus oculus, subjectis invigilat. Oculos habuit vel in morte ad videndum expansos, Naxera in Jos. 22. §. 20.

Num. 2.

Testimonia, & Exempla.

Ex Veteri.

Cum vidisset Sara filium Agar ludentem cum Isaac filio suo. Gen. 21. 9. Credibile est, famulas id peccatum dominæ sapius retulisse; illa tamen rem in ludum habuit. Tandem in

pueros incidit, videt cum idolis ludentes; quod domum illam sanctam planè dedecbat. Sara mox ad Abraham currit, petit statim perniciem filii pelli. Sed Abraham ad relatum adeò non exarsit, ut durè acceperit. Quid rei est? uno in facinore congelascit illa? an Sara studiosior divinæ gloriæ præ Abraham? aut hæc ille mollior? Nolite mirari: Abraham audiit, Sara inspexit. *Vidi pravaricationes, & tabescebam.* Pl. 118. 158. Sint accuratæ relationes; nihilominus superior minus afficietur, detrimentis relatis voce, vel literis; quam afficeretur iisdem inspectis. Oliva t. 1. conc. 8.

Vade, descende: peccavit populus. Ex. 32. 7. 8. *Fecerunt sibi vitulum.* Quò ardet odiò, & zelò, Moyses in idololatrias? sit advocatus, qui iudex severus esse debuit. *Cur Domine irascitur furor tuus?* v. 11. Potes hoc Deo dicere, cum Deus tibi dixerit, *fecerunt sibi vitulum?* Quid majus expectas? Si, ob fragilem carnem, Dei ira totum orbem aquis merfit; ob idololatriam, crimen læsæ Majestatis, non castigabit rebellem populum? Venià impetratà descendit Moyses gestans tabulas decalogi: *cumque appropinquasset ad castra, vidit vitulum, & choros.* v. 19. Quò visò vir mitissimus in furoris Æchnam mutatus; fumum, & ignem, spirans zeli inflammatus; tabulas, nullâ reverentiâ Dei seu dictantis, sive scribentis, doloris, inexplicabili sensu, projecit ad petram, & in frusta comminuit; vitulum infamem prosternit, minutim concidit, igne in pulvere vertit, & vorandum sacrilegis in orajintrudit. Et stans in porta castrorum ait: *occidat unusquisque fratrem suum, & choros.* Id quidem antea fidelissimè, & certissimè, Deus manifestavit. Vidit suis oculis: hi folles ignem zelo excitârunt segniùs irritant animos &c. Qui sepulchrum lazari non inspicit, vel Christus ipse, nec ejus mortem luget, non suscitatur. Et qui audit idololatriam admissam in populo; licet à Deo audiat, & sit ipse Moyses; nisi crimen intueatur; neque id detestatur, neque extirpandum se accingit. *Domine, veni, & vide.* Joan. 11. 34. Oliva t. 1. conc. 8. sifarae dormienti cerebrum perforatum. Judic. 4. 21. Dormienti Sauli erapta hasta, & scyphus. 1. Reg. 26. 12. Isbofeth Saulis filio dormienti caput revulsit. 2. 7. Joas rex in lectulo interfectus. 2. Paral. 24. 25. Holofernes à Judith obruncatus. Judith. 13. 10. Balthasar in crapula ab hostibus obrutus. Dan. 5. 30. *Simon dormis?* Marci 14. 37. Meminerint Pastores sui officii negligentes, & dormitantes.

Pecora tibi sunt, attende illis. Eccli 7. 21. Circa res domesticas nos instruit sententia hæc; scilicet, si quis habeat armenta, non totam pastorum curam committat; sed frequenter ea adeat, quid de illis agatur, oculis lustrat. Pinna hic Ethol. 94.

Dabo tibi ambulantes de his, qui nunc hic assistunt. Zach. 3. 7. Remigius Altifiodorensis legit: dabo tibi ministros, seu Prælatos.

Ex

Ex Novo.

Ego veniam, & curabo eum. Matth. 8. 7.
Cum capisset rationem ponere &c. Matth. 18. 24. Cum rex cepisset rationem ponere cum servis suis, inventus est, qui ei debebat decem millia talenta. Tanti aeris reus tamdiu delituit, quamdiu rex suis rebus non intendit. Vix cepit rationem ponere; cum illico tam immane debitum emerit, quod servorum nemo deprehenderat. Oliva l. 9. Strom. §. Intravit autem rex &c.

Dic, ut sedeant hi duo filii mei. Matth. 20. 21. Respondet Christus: *nescitis, quid petatis*: non vult enim Deus in regno suo superiores desides; & qui subfelliis, non nisi ad quietem, & otium, utantur. Did. Niss. ser. 2. Dom. Refurr. §. 3.

Intravit autem rex, ut videret discumbentes. Matth. 22. 11. Sapiens planè rex, qui vigilat super servos suos. Equidem, nisi ipsemet convivium iustrasset, pannosus ille pro supplicio delicias sortitus esset. Nullus ministrorum sordentem aut vidit; aut, si vidit, accusavit. Nisi superior ipse suis oculis omnia circumspiciat, scelesti, aut latebunt, aut tolerabuntur. Regius oculus sordes videt, quas ministrorum oculi non vident. Oliva antè citatur.

Vidit ibi hominem. &c. ib. Solus rex vidit hominem velte nuptiali non indutum; ministri, & conviva, non viderunt. Ad solum enim regem, seu Præsulem, pertinet, subditorum defectus aspicere, ut corrigant. Escobar t. 6. Parab. Chr. l. 1. Sect. 2. Obf. 2.

Pastores - vigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregem suum. Luc. 2. 8. Natò Dominò pastores, super gregem vigilantes, Angelos aspicunt: quia his, qui piè, ac sollicitè, conservandis gregibus invigilant, sublimia, ac divina, innotescunt. Hildebertus Turon.

Appropinquans ibat cum illis. Luc. 24. 15. Bonum Caput esse non potest, qui non est bonis pedibus. Did. Nissen. ser. 2. D. Refurr. §. 3.

§. XXIV.

Superior consulat suorum bono spirituali; corrigat, non sit mollis.

Ex Veteri.

Quia audisti vocem uxoris tue. Gen. 3. 17. Quia Adam, cum esset totius orbis Præsul, quando audivit vocem uxoris cibum vetitum suadentem, acriter eam non reprehendit; ideo dignus fuit poenà. Castillo Illat. 78.

Ubi est Abel? Gen. 4. 9. Hæc quæstio proponitur Prælati, & Clericis, omnibus negligentibus in correctione minorum. q. d. attendite, ubi est Abel? id est, anima subditi tui, per negligentiam tuam damnata in luctu æterno. Hugo Card. hic.

Viginti annis fui tecum: oves tue, & capra, steriles non fuerunt. &c. Gen. 31. 38. 40. Beatum Jacob, qui pro uxoris suis diu servierat, dixisse meminimus. Si sic laborat, & vigilat, qui pavit oves Laban, quanto labori, *Polyanth. Sacra, Tom. II.*

quantisque vigiliis, debet intendere, qui pascit oves Dei? S. Gregor. l. 7. ep. 47.

Accidit, ut tonderetur grex ejus in Carmelo. 1. Reg. 25. 2. Oves in Carmelo condere, est subditos per scientiam ab amore temporalium separare, Hugo Card. hic.

Virga directionis, virga regni tui. Pf. 44. 7. Non regit, qui non corrigit. S. August. hic. Necessè est, quòd, qui regit, habeat virgam. Ad hoc enim necessarij sunt reges, ut virgam habeant disciplinae, quâ puniant delinquentes. S. Thom. Aquin. in Pf. 2.

Ignis, grando, nix, glacies &c. Pf. 148. 8. Ergo voluntas Domini ancillantes sibi procellas spectat: & quam glacies, & grandines, reverentur, dum ruunt, homo spernit, & spectat? Porro cum audis, quòd spiritus procellarum, etiam dum saviunt, parent Deo; noli quamcùnque sevitiem damnare. Licet furere, & fervere; ferire licet, & savire. Certè Phinees, cum ferit, litat. Num. 25. 8. in peccatorum sanguine non fœdat dexteram, sed sacrat. Placet ira; sed si concresecat in cœlo. Fulmen percellit, grando ruinat, procellæ evertunt; sed de cœlo desiliunt. Orastine, antequam plecteres? Cavè, nè non fulmen, sed flumen sis: exundâsti, non quòd agri sicutent; sed quia intrâ te cohibere nequisti undas tuas. Petrus obruit; sed fulminis instar, non fluvij, Sapphiram, & Ananiam. Act. 5. 3. &c. Sed zelus ejus concrevit in cœlo. Quòd mentis Spiritui S. eos confodit. Oliva l. 4. Strom. §. Ignis, grando &c.

Non sum medicus &c. II. 3. 7. Cornelius à Lap. ait, ex Hebræo verti: *non sum chirurgus.* q. dd. Magistratum nemo feliciter gerit, qui chirurgi ignarus. Quod illud Chirurghi officium? cauterium adhibere, licèt saucius clamet: nec lacrymas, aut clamores, curare; dummodo remedium adferre malo possit. Did. Niss. D. 4. Pasch.

Melior est iniquitas viri, quam mulier benefaciens. Eccl. 42. 14. Plus nocet Prælati misericors, & abiciens rigorem disciplinae; quam Prælati rigidus sine misericordiâ: & ita intelligitur illud Eccl. 42. melior est iniquitas &c.

Ecce constitui te super gentes, & super regna. Jer. 1. 10. Potest dari diploma illustrius, quam hoc, quò Propheta super regna Mundi constituitur? Nunc audito, quod actionum genus præcipiat Reçtori tam illustri, & dignitati tam speciosæ: *ut evellas, & destruas.* Estne in campis Latij rusticus, aut Romæ in humili recto artifex; qui magis in laborando contendat; quam sit laboraturus Jeremias, licèt autoritate tantâ conspicuum? Unde attonitus Bernardus l. 2. de confid. exclamat: *ut evellas, & destruas?* rustici laboris schemate quòdam labor spiritualis expressus est. Et nos igitur, ut multum sentiamus de nobis; impositum senserimus ministerium, non dominium datum. Disce exemplò propheticò te præfidere, non tam ad imperitandum, quam ad fastidandum, quod tempus requirit, nam & Propheta, cum elevaretur, audiit, *ut evellas, & destruas.* Disce, farculò tibi opus esse, non sceptrò, ut opus facias Prophetae, Et ille quidem non regnaturus ascendit,

Bbb bb 2

sed

sed extirpaturus. Oliva t. 2. conc. 25. die Ven. Sexag.

Portæ ejus destructæ sunt. Thren. 1. 4. Portæ, Prælati sunt; per quas subditi habent intrare: ipsi enim debent viam subditis aperire salutis. Iltæ portæ destructæ sunt: quia de portis vitæ sunt portæ gehennæ, S. Bonaventura hic.

Quod abjectum est, non reduxistis; & quod perierat, non quaesistis. Ezech. 34. 4. Revocabo errantem, requiram perditam; velis; nolis, id agam. Esi me inquirentem lanient vepres sylvarum; per omnia angusta me coarctabo; omnes sepes excutiam. Quantum mihi virium Dominus donat, omnia peragrabo; revocabo errantem, requiram pereuntem. S. August. l. de Pastoribus.

Ex Novo.

Veniamus adorare eum. Matth. 2. 2. Christus recens natus non fugit, ut rex adorari; cum in monte à turbis pælis noluerit ad regale solium extolli. Joan. 6. 15. *Jesus ergo cum cognovisset, quia venturi essent, ut facerent eum regem, fugit.* Rex salutatur, dum inspirat virtutes, ad fidem illuminat; rex vocari non vult, cum corporales depellit necessitates. Gloriosus est Dei ministro, proximo prospicere in his, quæ ad animam, quam quæ ad corpus pertinent. Naxera in Jos. 20. §. 9.

Converte gladium tuum in locum suum. Matth. 26. 52. Alterum, quod in ferro Petri oculos Christi læsit, illud est, quod à semifomni evaginatum sit. Petre, vigilare non potuisti unâ horâ; & gladium evaginas? Furor est, quem fervorem putas; ideo Malchum vulneras; quia ante pugnam dormivisti. Non bene vulnus aperit, qui malè clausit oculos. Jeremias vigilan-tem in celo videt virgam. c. 1. 11. Si vigilasset, & orasset; vel non ferites, vel sapientius ferites. Agag in frustra conciditur à Samuele; sed *coram Domino.* 1. Reg. 15. 33. Oliva lib. 4. Strom. §. Converte gladium &c.

Quid hoc audio de te? Luc. 16. 2. Quatuor hic dantur documenta Prælati, ut notat Carthusianus. *Primum*, ut suorum peccata non dissimulent. *Secundum*, ut veritatem famæ inquirant. *Tertium*, ut accusatores non prodant; non enim ait, hic mihi dixit; sed absolutè, *quid audio?* *Quartum*, ut accusatio specificetur: *quid audio?* Sylveira hic.

Pasce agnos meos. Joan. 21. 16. Sermo vivus, & efficax, exemplum est operis, facile faciens suadibile, quod dicitur, dum monstrat factibile, quod suadetur. S. Bernardus ep. 200. Pasce, inquit, mente, pasce opere; pasce animi oratione, verbi exhortatione, exempli exhibitione. Idem f. 2. in die Pasch. Pasce in Scriptura significat regere; & principes vocantur Pastores. Cornelius hic.

Conversi estis ad Pastorem, & Episcopum animarum vestrarum. 1. Petri 2. 25. Verè Pastor, qui, nisi fastidiosus, pasce non desistit: & Episcopus Superintendens negotiis vestris; ut consummatò Mundi mysteriò, pascat suos electos in sublimissimis locis. Sed Pastorem, & Episcopum *animarum*, non corporum, Petrus ostendit. Nam, quamvis omnipotens cor-

pura omnium viventium pascat; quamquam etiam resuscitaturus sit corpora omnium hominum; attamen in hac vita mortali solùm animabus superintendit: ut alat in gratia, ut pascat in cœlesti doctrina, ut præservet a peccatis, etiam sæpe corporibus in pœnis, & cruciatibus, derelictis. Hòc exemplò studeant, qui volunt esse Pastores: ut curam animarum, non corporum, in suis ovibus priùs intendant: quomodo curentur à vitiiis, qualiter caveant à peccatis, qualiter intendant virtutibus, qualiter bonis omnibus affvescant. Sim. Cass. l. 7. c. 38.

Dilexit nos, & lavit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Apoc. 1. 5. Huc adeste animarum Pastores, qui dilectionem jactatis, & vos subditorum patres profitemini. Si non abluitis à sceleribus; non diligitis. Oliva l. 17. Strom. §. Dilexit &c.

Ex Patribus, & aliis.

Summus locus bene regitur, cum is, qui præest, vitiiis potius, quam fratribus, dominatur: cunctos quidem natura æquales genuit; ut autem alii ad regendum, aliis committantur; non eos natura, sed culpa postponit. S. Gregor. mor. l. 26. c. 19.

Quisquis leges tuendas suscepisti, timorem omnem ex animo pelle: omnis enim, cui legum custodia mandata est, metu vacare debet. S. Gregor. Naz. Adv. mul. ambitiosè se ornantes.

Non potes nòsse verba Pauli, nisi habeas spiritum Pauli. S. Bonaventura l. 22. in hexam.

Noli dicere: ego cibum, & potum, eis tribuo (scilicet famulis, & familiæ) debita eis stipendia solvo: de animabus suis ipsi sibi viderint; non sum Episcopus, non sum Prælati: nam pro eis Domino tuo, & illorum communi, in die Judicii magnam redditurus es rationem. S. Thom. Villan. tr. de Adv. Dom.

Tu Præful opime animarum salutis omnia postpone: tantò enim digniores sunt animæ corporibus, & universis, quæ humana ambitio concupiscit; quantum dignitate præeminet cœlum terræ. Blesens. tr. de instit. Episcop. c. 4.

§. XXV.

Superioratus non appetendus

Dixitque Moyses ad Deum: quis sum ego &c. Ex. 3. 11. Hinc, discè, cunctanter, cum tremore, non nisi vocante Deò, suscipiendum esse munus regendi, pascendique alios; minimè verò ambiendum. Cornelius hic.

Quid tam insolitum, tam pavendum, quam labor fragili, sublimitas humili, dignitas non merenti? Et tamen non desperamus, neque deficiamus: quia non de nobis sed de illo, præsumimus, qui operatur in nobis; S. Leo l. 2. in anniversario die assumpti, ad Pontif.

Altio rem locum sortitus es; sed non tutio rem: sublimiorem; sed non securiorem. S. Bernardus ep. 237. ad Eugenium.

§. XXVI.

§. XXVI.

Superiores mali.

Num. 1.

Figura, & Symbola.

Liana Sylvarum. Judic. 9. 8. id est, mali, & in fructuosi, præficiunt sibi rhamnum, id est, Prælatum; qui in principio mollis est, & postea indurescit, & aculeatus, & spinosus, efficitur; & tandem de se emittit ignem perverſæ conversationis; & se, & subditos, comburit in cendiò infernali. Hugo Card hic.

Holofernes Judith 13. 10. Interpretatur vitulus saginatus, id est, Prælatus impinguatus; cui mulier, id est, Caro, amputat caput, id est, rationem. Hugo Card. in Luc. 21.

An non vides? quanta comedat, & bibat, quotidie. Dan. 14. 5. Ergo ideò maximè colitur Bel, quòd plurimum noceat? minoris fieret? si viliùs esuriret. Nollem in Ecclesia ideo primates magnos nominari, quòd in curuum, villarum, & menſarum, sumptus patrimonium Christi effundant. Oliva l. 11. Serom. §. An non vides &c.

O Pastor, & idolum. Zach. 11. 17. His dicitur; qui non sunt dñi, id est, veri Prælati; sed similitudines Prælatorum. Hugo Card. in Eccl. 10.

Sicut infœcunda arbor, si fuerit in vinea, dum fundit mortiferam subjectis vitibus umbram, inimica non sibi sibi, sed etiam palmitibus sit fœcundis: ita homo deses, ignavus; si præsit populis; non sibi soli fit noxius, sed multis; dum sequentes se suò vitiat, & perdit exemplò. S. Chrysol. l. 106.

Sol nunquam eclipsatur sine damno terræ, & fructuum: Capite languente reliqua membra relinquunt officium suum. Broymard. Prælati mali similes statuae in tritico, habenti arcum fictum, & sagittam, in manu sua: quam volucres primùm timent, & fugiunt; dein, opera vitè in ea non videntes, paulatim appropinquant capiti insident. Idem Prælati mali.

Num. 2.

De Superioribus malis varia.

Ex Veteri.

Vocavitque Dominus Deus Adam. Gen. 3. 9. Cur non Evam? Dion. Carthuf. vocavit Deus magis Adam, quàm Evam, quoniam principalior fuit: ad insinuandum, quòd Superiores, dum peccant, specialiter fiant reprehensibiles apud Deum.

Tolle cunctos Principes populi, & suspende eos contra solem in patibulis. Num. 25. 4. Quid est, quòd populus in luxuriæ voraginem labitur; & in eorum Præpositos vindicatur? Subditi delinquent, & Principes in patibulis suspenduntur? scilicet alius est, qui peccat; alius ille, qui vapulat. Cur hoc? nisi quia culpa subditorum in Præpositorum redundat opprobrium: & quod ab ovibus erratur, negligentia Pastoris adscribitur. Vide, quàm formidolosa sit conditio Præsidentium; ut non modò pro suis, sed etiam subditorum, puniantur offensis. B. Petrus Dam. l. 4. ep. 15. Origenes sic legit: *ostende illos Domino contra solem.* Po-

pulus peccat, & Principes ostentantur contra solem; iidem ad examinandum producantur, ut arguantur à luce. Vides, quæ sit conditio Principum populi: non solum pro suis propriis arguantur delictis, sed & pro populi peccatis coguntur reddere rationem; nè ipsorum sit culpa, quòd populus deliquit: nè fortè non docuerint, nè fortè non monuerint. Hæc si cogitarent homines; nunquam cuperent, nec ambirent, ad populi principatum. Sufficit enim mihi pro meis propriis argui delictis: sufficit mihi, pro memetipso, & peccatis meis, reddere rationem. Quid mihi necesse est etiam pro populi peccatis ostentari? & ostentari contra solem? ante quem nihil potest abscondi, nihil obscurari. Origenes hic hom. 20.

Rex Roboam fecit duos vitulos aureos. 3. Reg. 12. 28. Unum populus in deserto vitulum conflavit; sed hunc mox Moyſes combussit usque ad pulverem. Ex. 32. 20. Et tamen Roboam nemo ausus fuit demoliri: nam peccata populi facilè corriguntur; sed à regibus impune fiunt. Mendoza in 1. Reg. 8. Annot. 21. Sect. 1.

Percuties domum Achab domini tui. 4. Reg. 9. 7. Cur iustus à Deo Jehu percuteret domum Achab; cum non ille occiderit Prophetas, sed Jezabel? Abulens. hic q. 11. Achab sciebat ista, & videbat: & quanquam ipse non videret ea fieri, tamen permittebat ea facere uxori suæ Jezabel. Et quia poterat prohibere, & non prohibebat; videbatur ipse agere potissimè: quia ad officium suum pertinebat corrigere vitia, & prohibere omnia mala in regno.

Non pecces in multitudinem civitatis neque alliges dupplicia peccata. Eccl. 7. 78. id est, nè gravissimè pecces. Rectoris enim crimina dupplicia sunt, id est, gravissima: neque enim in uno eris immunis. Nam qui privatus vix peccata evades; quomodò personam gerens publicam pro peccatis vitabis poenas? *miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam.* Ps. 50. 1. Non quamcunque consuetam misericordiam sibi adesse possit; sed magnam: ac si ad abluendas maculas Prælatorum eximia divinæ misericordiae copia requiratur. Pinna Ethol. 7. & 8.

Egressa est iniquitas de Babylone à senioribus Judicibus, qui videbantur regere populum. Dan. 13. 5. Rectè de presbyteris peccatoribus, & desidibus, non ait, qui regebant populum; sed qui videbantur regere: qui enim bene præsent populo, regunt populum: qui autem nomen habent Judicum, & negligenter præsent populo; regere videntur populum magis, quàm verè regere. S. Hieron. apud Escobar l. 6. Par. Chr. l. 1. Sect. 2. Obs. 4.

Ex Novo.

Motus magnus factus est. Matth. 8. 24. dormiente Jesu in navicula. Jesus in navi dormit, ubi Judex, & Rector, torpent, & negligenter agunt. Verè periculosus est somnus negligentia Rectorum, & Principum. S. Bonaventura f. Dom. 5. Epiph.

Simon dormis. Marci 14. 37. q. d. ille Pontificis, & custodis, nomine indignus est; qui ita somno indulget. Bessus D. 5. Epiph.

Bbb bb 3

Vita

Virtutes cælorum movebuntur. Luc. 21. 26. Quidam hoc loco Magistratus, & Rectores, intelligi volunt virtutes cælorum. Haymo: commoveri autem virtutes cælorum dicuntur; quia in illo districto Judicio Præsules rationem exolvent, non solum pro suis artibus, sed etiam pro commissis sibi subditis. Apud Escobar t. 7. Prochr. l. 1. Sect. 1. Obf. 6.

Venit ergo ad Simonem Petrum. Joan. 13. 6. Tropolog: indicat hic Christus, visitationem, à Capite, & iis, qui præsunt, inchoandam esse. Corn.

Ex Patribus, & aliis.

Detrimentum pecoris, Pastoris ignominia est. S. Hieron. ep. 10.

Multum nocet infirmis in Ecclesia Dei opinio alicujus vitii; sive falsa sit, de aliquo homine; & maxime de eo, qui sic est in Ecclesia Catholica constitutus; ut & verbò, & exemplo vitæ, aliis debeat, & possit, prodesse. S. Anselmus ep. 9. ad Falconem Ep.

Medicifumus vitiatorum; at ipsi nos scatemus jugibus morbis. Duces viarum sunt precipitium. S. Gregor. Naz. Poem. de vita sua.

Indignus lacte, & lanâ, vincitur, si non pascit oves. Si non vigilat in custodia gregis, iudicium sibi manducat, & vestit. Væ! væ tibi Clerice! mors in ollis carniùm, mors in hujusmodi deliciis est. S. Bernardus s. de verbis Petri: ecce nos reliquimus &c.

Cùm Phocas Imp. quasi tyrannus sæviret in innocentes, Monachus quidam cum Deo exostulabar: cur, Domine, fecisti eum Imperatorem? responsum illi cœlitus: quia non inventi pejoem. Anastasius Nicanus q. 17. in Script. Idem: Monachus quidam hypocrita scelestus, Angeli monitu, creatus Thebaidis corruptiffi-

ma Episcopus; cùm ex honore insoleceret, audivit ab Angelo: cur superbis ò infelix? non es creatus Episcopus, quòd dignus Sacerdotiò sis; sed quòd civitas tali digna erat Episcopò, Cornelius in Of. 13.

Ubi, mutato habitu, illusus est Christus? nonne in domo Herodis regis, & Pilati Præsidis? Jam attende palatia Præsulum. - In plateis itaque Præsulum malè viventium, & in Ecclesia temporalia lucra quarentium, ac Superbiæ saltu tumentium, mysticè Christus in purpura illudatur. S. Laurent. Just. de triumph. &c. c. 14.

Antistes Ecclesiæ, qui virtutibus, & Sapientia, fulgere debuerat, aurò nitet, & sericò: & animarum ornatus hodie in corporis cultum permutatus est. Favore, non meritò, Ecclesia regitur: & ad curam gregis, non sapiens Pastor, sed potens, quaritur; non innocens, sed dives; & qui populum Dei magis potentia opprimat, quàm vitâ adificet. S. Thom. Vill. l. 1. in die Nat. Dom.

Pralatis nostri temporis potius debet poni in manu falx, quàm baculus pastoralis: quia ad metendum sunt electi, subditos metunt. Hugo Card. in Joan. 15.

Væ his, qui præfident hominibus, nisi præfideat eis Deus, Blefensis tr. de instit. Episcopo c. 3.

Privato peccanti sæpe parcitur. Sed si Prælati deliquerit; in ejus infamiam linguæ omnium acuuntur. Blefensis. ep. 15.

Pralatis, & Clericis, ignavis in quodam regno simul congregatis, damones eos sic salutârunt: Principes tenebrarum Principibus Ecclesiarum salutem: quas vobis referemus gratias? quia, quot vobis comissi, tot sunt nobis missi. Broymard Prælatis &c.

TITULUS XLIV. SUSPICIO.

Cumque vidisset mulier vestem in manibus suis &c. Gen. 39. 13. In argumentum fidei recentum pallium ostendit. *Domnus nimium credulus, tratus est valde.* Vestis recenta erat potius indicium violentiæ muliebris. Naxera in Jos. 7. §. 21.

Hoc proclivius homo suspicatur in alio, quod sentit in seipso, S. August. in Pl. 118.

Natura - ad improbitatem mobilis, observat omnia; & opportuna respicit: at animi honesti ab

improbis sibi haud cavent; ad suspicandum non proni, sed desides. Quò sit, probi sint ut capti facillimi. S. Gregor. Naz. Poem. de vita sua.

Ad vitium impulsu difficilis natura, tarda est ad malum de alio suspicandum. S. Gregor. Naz. or. 21.

Qui ad vitium minimè proclivis est, is nec facile ad malum de alio suspicandum movetur. Id, or. 31.

